

A-12-262(1)


PE' TRI SA' INCT  
FLEVR MONSPELIENSIS  
INSTITVTIONVM RHETORI-  
CARVM LIBELLVS AD ARISTOTELIS,

Ciceronis, Quintiliani, Rodolphi Agri-  
colæ, & aliorum probatissimorum  
authorum præceptiones, de Arte  
dicendi interpretandas, &  
intelligendas necessarius.

A D

Præclarissimum virum D. Iacobum Amyotum Cœnobiambracham Bellosanæ & summum Regis Eleemosinariū.

*SECVNDA EDITIO.*



PARISIIS,

*Ex officina Thomæ Brumennij, in clauso Brunello,  
sub signo Oliæ.*

65.

C I M P R I V I L E G I O.

the Alberta and the Pipestone

EXTRAIT DES REGISTRES  
de Parlement.

**L**a Court ayant eſſgard à la requeſte à elle p'reſentee par Thomas Brumen Libraire Iure en l'Uniuersité de Paſſe, à ce qu'il lui fust par ladieſte Court permis imprimer & expoſer en vente vn liure, intitulé Petri Sainct Fleur Monſpeliensis institutionum Rhetoricarum libellus ad Aristotelis, Ciceronis, Quintiliani, Rodolphi Agricola, & aliorum probatissimorum authorum præceptiones, de arte dicendi interpretandas, & intelligendas neceſſarius. Compoſé par ledict Sainct Fleur. La Court apres auoir veu ladieſte requeſte a permis & permet audict Brumen l'impreſſion, & vente dudit liure. Et a inhibé & deffendu ladieſte Court à tous autres Libraires & Imprimeurs, d'imprimer ny vendre aucun desdicts liures, pendant le temps & terme de quatre ans. Sur peine de confiſcation de ce qui s'en trouuera d'imprimez ou vendus au contraire, & d'amende arbitraire. Faict en Parlement à Paris, le 29. de Ianvier, mil cinq cens foixante.

Signé DV TILLE T.

Præclarissimo viro D. Iacobo  
AMYOTO BELLOSANÆ CÆ-  
nobiarachæ, & summo Regis Elemosinario  
Petrus Sancti Fleur Monspe-  
liensis, S.



Lurimùm sententia Salustij delphico, ut dici solet, Apolline digna ( Cænobiaracha dignissime ) ad præbendum posteris ingenij mei specimen aliquod adhortata est : is enim eum vita frui arbitratur, qui præclaro factò famam scientiæ singularis querit ac inuestigat: cui Virgilius omnium facile poëtarum princeps carminibus suis assenit.

,, Famam extendere factis  
,, Hoc virtutis opus.

Verum quum vitam ingenuarum artium, & disciplinarum præceptis excolendam perspicerem, auxius mecum dubitavi, cuiusnam artis studio me semel astringerem: Philosophia tâdem mihi venit in mentem, quam suauio Ioannis Cotreau, & Nicolai le Houx, præceptorum meorum de re literaria bene meritorum explicare volentes à Rhetorica initium sumpsimus, quæ adeo veteribus ad philosophiam perdiscendam adiumento fuit, ut hanc ijs summo cū sudore perdiscerent & in eius præceptionibus enodandis nō

A ij

parum temporis consumerent. Nam, ut Ciceronis verbis  
vtar, ait dicēdi dispersos homines in agris, & in tectis filiis  
tribus abditos ratione quadam compulit in unum locū,  
& cōgregauit, ex feris & immantibus miteis reddidit, ex  
mansuetos: deinde urbibus constitutis fidem colere, iustitiā  
retinere, alios voluntate sua aiūs parere, labores cōmuniū  
commodi causa excipiēdos, vitamque existimare amittē-  
dam edocuit. Quis ideo Rhetoricam summo labore omni-  
bus perdiscendam esse non profitebitur? Ea homines ali-  
qua iniquitate fortunae spoliatos bonis, & honoribus con-  
solatur, & adiuuat. Demosthenes Græcorum oratorū fa-  
cile princeps interrogatus quid Rhetorica suis professoribus  
præstare posset? Homini, inquit, perditō præsentem potest  
ferre opem. Odīctum sapiente dignum. O sententiam om-  
nibus gratam, qui eam memorī mandatam diligenter re-  
tinuerint. Historiis proditum est doctrinam dicendi profes-  
sores suos ad summos honoris gradus euexisse, & rem pro  
animi arbitrio gerere docuisse. Isocrates interrogatus quid  
esset Rhetorica ex paruis, inquit, facere magna, & ex ma-  
gnis parua. Quare metibi rem (nihil enim hīc est, quoā ti-  
bi nouum, aut inauditum esse possit) iucundam, candida-  
tis verò eloquentiae utilem facturum esse arbitratus sum,  
si quale quōdam zeuzis (qui longè ceteris pictoribus sui  
temporis excellere arbitrabatur) Helenæ simulacrum fa-  
miliae præclarissimæ Crotoniatis exhibuit, tale studiosis  
doctrinæ dicendi proponerem. Non te fugit Zeuzim he-  
lenæ simulacrū exactè pingere cupientē quinque virgines  
præstanti corpore delegisse, neque putasse omnia, quæ qua-  
reret ad venustatē vno in corpore se reperire posse: præser-


tim cum natura nō omnibus mater, sed quibusdam nouer-  
ca esse videatur. Quod quoniam nobis venit in mentē, vt  
simulacrum rhetorices omnibus proponerem, & cā ipsam  
pacifacrem non vnum solum authorē, sed quinque Rhei-  
torum principes mihi hic imitando delegi, & in vnū lo-  
cum praeceptiones de arte dicendi cum earum explicatione  
(Quia ab omnibus eorum interpretibus petita est) ab eius tra-  
ditas collegi: Non enim te latet aliū alio forte aliquid  
exactius enucleasse. Ex sinnibus, qui de arte dicendi prae-  
cepta tradiderunt Aristotelem, Cicero:em, Quintilianū,  
Rodolphum Agricolam, & Talæum eam præceptis ex-  
ornasse, atque illustrasse literis proditum est. Quapropter  
has institutiones Rhetoricas,

Quæ te

Ter purè lecto poterunt recreare libello,  
tuæ singulari humanitati offerre volui, vt clipeo tuo tectus  
à calumniatoribus tela in meum caput missa, eludere, gra-  
tique saltem recordatione tuorum in me meritorum tibi  
gratias agere possem: tua enim humanitas me in numerū  
alumnorum Caroli huius nominis noni Francorum regis  
christianissimi adscriptum retinuit, retentumque præcla-  
risimis muneribus exornauit. Neminem latet istam tuā  
in me munificentiam non iactantia, sed probitatis, & ma-  
gnanimitatis, sed pietatis virtutisque singularis affectum  
eximiū præse ferre: multæ sunt aliæ tibi innatae virtutes,  
laudesque, eas non tyronis artis, recte, ornataeque dicendi,  
sed veterani (vt in prouerbij consuetudinem venit) militis  
est persequi. Itaque, si his Rheticis institutionibus aliquis  
qua studia me fuisse persenserit dignitati tuæ, literarum

deus incomparabile, cui tanquam etiulari deo primicias  
studiorum meorum consecro, gratiam habebit, te saltē in-  
geniarum artium cūm famorē eximum tūm præcipue  
literarum parentem unicum aeternis praecōniorum lauda-  
tionib⁹ illustrabit, atque venerabitur valetudini tuae à  
Deo optimo maximo prospera omnia præcabitur: tu pro-  
singulari obseruantia, quā te colimus, Libellum tibi iam  
dicatum hilari, ut dici solet, fronte excipies, nos ut soles,  
tua benignitate ad maiora de Philosophia ( quæ Deo fa-  
uente speramus propediem tibi primum, & omnibus  
philosophia studiosis fore nota ) semper excitabis.

Vale Lutetiae ex regio Nauarræ gymna-  
sio, Anno domini 1561. 15. Ca-  
lendas Febru.



# Petri Sainct Fleur Monspelien-

S I S . I N S T I T U T I O N V M R H E-  
toricarum Libellus ad Aristotelis, Ciceronis, Quin-  
tiliani, & Rodolphi Agricolæ præceptiones de  
arte dicendi interpretandas, & intelli-  
gendas necessarius.

Rhetorica, Rhetor, Orator.

Cap. I.

**H**etorica est bene dicendi sciētia. Quintil. Cap. 17. l. 2. Orat. inst.

Quoniam èo verbum est antiquatum pro dico : inde quōis, id est dicentes oratio, inde ἔριτρον, id est dicendi artifex, inde ἐρεγμον dicendi facultas: Rhetorica bene dicit, cum bene dicere, inquit Cicero l. 1. offici. sit scienter peritè, ornatè dicere: & etiam aperte, distincte, & eleganter loqui, Quod idem l. de oratore facetur Rhetorica competere. Rhetoricam autem artem esse atque scientiam Quintilianus Cap. 18. l. 2. inst. orat. cōcludit, multisq[ue] rationibus docet. Vide etiā Perion. l. 1. de re dialektica. Notandum est bene rectè adiici, quia multi sunt dicentes absque beneficio artis oratoria, quos tamen negabimus benè dicere cum benè alicui conueniat beneficio Rhetorices.

**Rhetorica est virtus. Quintil. Cap. 2. l. 2. orato. inst.**

Idem locus est apud Ciceronem in epistolis ad Brutum, ratio, inquit, benè dicendi est una de summis virtutibus. Quia, ut idem docet in prefatione Rheticorum, dispersos homines in agri & locis sylvestribus, abditos ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit, & eos ex feris, & immanibus mites, & mansuetos reddidit: per illam pacis ornamenta retinentur, & possessiones violentia quadam surreptas suis dominis illa restituuit, principibus est ornamento. Que omnia virtus esse docet Aristoteles, libris Eth. Notandum est ut quibusdam placet, artem dicendi esse quandam facilitatem, non virtutem moralem, non magis, quam artes reliqua sint: quarum materia hec vitur.

**Rhetorica in actu consistit. Idem Cap. 19. lib. 2. orat. inst.**

# P. SAINCT FLEVR

Vt etiam virtutis laus in actione conficit, ut sit Cicero, *lib. offic. seu Rhetorica*, que virtus praeterea mandat in acto, unde Quintil. capitulo 1.2. orato, *concludit eam practicem esse, que cum sit in oratione, ex ipsa perducatur alia, nullum post actionem, quod oculis subducatur, opus reliquo agere tamen oratoria res non possit habere contemplationem.*

*Rhetorica non est in falsa opinione. Idem cap. 18. l. 2. orator. inst.*

Licet Rhetorica non inquam falsa pro veritate dicat, tamen non est in falsa opinione, cum longe diuersum sit, sibi ipsi quid videtur, ex ut aliq. videatur efficeri.

*Rhetorica est potius utilis quam inutilis. Idem cap. 17. lib. 2. orator. inst.*

Quoniam et quin non est id haberi malum, atque inutilis quo bene uti licet, et rursum tamen coniunctum est, id autem conuenit Rhetorice, cum sit virtus, ut ex superiori preceptione colligeri licet.

*Rhetorice non est contraria sibi. Quint. cap. 18. l. 2. orat. inst.*

Licet causa sit contraria alteri causa ex aduerso opposita, et talis defendantur beneficio rhetoriarum preceptionum ab oratore, tamen rhetorice non est sibi contraria, nec si pugnent qui idem didicerint, idcirco ars quae utique ad eam nullum erit.

*Rhetorica præcipit, quæ in quaue causa dicenda sunt. Idem ibidem.*

Cum omnibus causa proposita oratori continetur aliquo trium causarum genere, quid in singulis causarum generibus agendum sit edocet artis oratoria et nulli veritatem frequentissime tuendam esse, nisi aliquando communis utilitas cogat falsum defendi. Vide cap. de tribus causarum generibus.

*Rhetorice non habet leges immutabili necessitate firmatas sed utilitati rationi obtemperat. Cap. 14. l. 2. inst. orat. idem.*

In Rhetorice omnia mutantur pro diversa conditione causa proposita: nam et si precepta in genere necessaria sint, tamen pro causa tempore occasione necessitate immutantur: nullum est enim genus preceptionum, quod non ex aliqua causa particula labefactari posset, præcipue de arte Rhetorica late fuisse est opus, et prope quotidianum de quo, ut ait Quintil. cap. 14. l. 2. inst. orat. nunquam precepta erunt certa. Nam prudentia est oratoris partes quinque præ ratione causa commutare, unam partem, plurime earum nonnunquam omittere prævenient breue, aut longum persicere, ad iudicem aut alium quicquam sermonem dirigere, dare certum modum narrationi, et ordinem, colloquere questiones, ac videre, qua figura sit utendum: quid celandum, quid etimationi iudicium relinquendum quid deceat, quid expedit: in his rebus, sicut in re militari, ac arte pictorum, prudentia dominatur. Tollenla est igitur omnis præceptorum supersticio et utilitati cause proposita consulendum.

*Rhetorica dialectica equipollit. Arist. cap. 1. l. 1. Rhet. ad Theodec.*

Quoniam dialectica est ars differendi, rhetorica equipollit dialectice, cui quidem rhetorica conuenit differere, id Cicero in epistolis familiaribus confirmat, pluribus, inquit, verbis in foro differit, rursum tamen differere dialectica nihil aliud est, quam rem paucis admodum perstringere: Rhetorice vero differere, est res verborum affluentia committere.

*Rhetorica est pars dialecticae. Idem, ibidem.*

*Rhetorica non est pars sic dialectice, ut homo animalis pars, id est, forma, & species dicitur: sed ut Cicer. l. 1. de inventione Rhetoricam principio eius artis, que vetus vocatur, patrem ciuium scientiam dicit esse, non quia omnis Rhetorica ciuiu[m] sit scientia, sed quia ad eam referatur. Ceterum forte dici potest, sic dialecticum sumi pro logica, & sic ars oratoria erit pars dialectices.*

*Zeno omnem vim loquendi in duas partes tributam esse dicebat, Rhetorica palmæ dialecticam pugno, quod latius loquerentur Rethores, Dialectici autem comprehensius. Cice. lib. 2. de finibus.*

*Dialectica in eo quod probat, & includit, certis quibusdam terminis, & literibus coenita est, extra quos egredi ei non licet: Rhetorica vero libere tanquam plenus, & redundans alueus in mediis campos, sic in omnem partem excurrat, & vegetur. Quæ quidem distinctio non à natura rerum, sed à fortuna potius profecta est. Alia autem distinctio est ex re pertinenda. Harum duarum artium hoc est discrimen, quod vel non iisdem rebus versentur, ut dialectica in rebus uniuersis, facultas dicendi in rebus singulis versetur: vel si easdem res tractas non tamē eodem modo eas considerent. Alia etiam est differentia petita ex orationis genere. Nam oratio oratorum est ampla & tropis figurisque exculta, oratio vero philosophorum concisa & breuis. Notandum est breuitatem bisvariari dici, quadam enim dialectica est, cum dialecticus nulla elegantiæ & candoris habitatione sine villa verborum magnificentia differit, quedam vero est oratoria, cum dicit orator non plura, quam exigit ratio, cum splendori tamen elegantiæ & copia.*

*Initium dicendi dedit natura: initium artis observatio.  
cap. 2. l. 3. inst. ora. Quintil.*

*Facultas dicendi in nobis omnino insita non est cum sit ars, que inquit Aristoteles cap. 3. l. 1. Metaphysicorum, ex usu comparata est, ingenij tamen opibus, materie dotibus, modo exercitatio adsit, facile perfici potest, & sic arte perficitur rhetorica, cuius artis initium est observatio: hoc est diligens & accurata, eorum que sicut animaduersio, que sine admiratione esse non potuit, ut idem eodem capite confirmat: ea tandem ad vnguem facta est, cum precepta plerique ad usum sibi traducerent, & alii e via rationeque traducerent: dicitur autem initium facultatis dicendi esse à natura, quia, inquit Fabius cap. 2. l. 3. orato. inst. sermo est à natura insitus, nisi virtutum sit aliquot organum eorum, que vocem, ut sic dicere procedunt, & effingunt, cuius quidem sermonis beneficio homines contrahere inter se, & ciuii quadam consuetudine à pecudibus bestisque distire possunt.*

*Rhetorices materia res est omnis ad dicendum ei subiecta.  
Idem cap. 22. l. 2. inst. orato. & Aristot. cap. 1. l. 1. Rhetor.  
& Cice. 3. de oratore. & Quinti. in præfatione lib. 8. inst. orato.*

*At Gorgias Leontinus, cum res omnis est materia rhetorices velit Cicer. que quidem res sunt infinitæ, concludit materialis facultatis dicendi esse infinitam. Quod absurdum est, inquit Cicer. l. de oratore, quia rhetorices materia est certa, cum continetur tantum tripli generibus Causâ, demonstrativo, deliberativo, & judiciali. Sed duplex materia est constituta*

## P. SAINT FLEVR

ex qua prima, & in qua secunda: Materia ex qua est res illa omnis, circa quā versari potest oratoris quae declarat sermo communis, inquit Fabius l. 2. inst. cap. 22. nam cum aliquid de quo dicimus acceptum possumus nobis esse materiam, frequenter etiam in prefatione testamur) & talis est infinita, quia rebus mille millies vicissim possunt oratori subisci, & quod sexilla versantur, vel in laude, vel in imperio, iustitia, vel diffusione, defensione, vel accusatione, sed circa triplicem Cetero lib. 3. de oratore facit materiam demonstrativam, delibera- tuam, ex indicacione. Gorrias Leontinus ex qua materia fecit, & eam infinitam. Cicero vero materiam in qua, alterum ex qua continentem (ut sunt tria causarum genera, cum omniis res oratoris proposita aliquo horum trium generum continetur) non infinitam in- telleret. Notandum est Rhetoricem versari circa res singulas, circa fortunas, loca, tempora, & ceteras singularium circumstantias, quia propriè hypothese tractat, non omnia, sed circa ea, que oratoria disputatione, & artificio digna videntur, & non infinita, quia oratoris vita non sufficeret ad tractandam eam omnem (que ei subiici possit) materiam, quam non acta, sed vicissim, que proponitur tractat orator. Ceterum satendum est, materiam (si res sint om- nes) infinitam non actu numerandam, sed quadam temporis successione, & facultate.

*Materia Rhetori est questio ciuilis. Cicero l. 2. & 3. de oratore.*

At, inquit Fabius cap. 22. l. 2. inst. orato. questio ciuilis est materia rhetori sed non sola, itaque non omnis questio oratori proposita est ciuilis. Dicendum est duplci modo questio- nem dici ciuilem. Nam omnis questio quatenus ab oratore sumpta, & tractata est ciuilis pos- set appellari. Non ciuilis questio oratoris, que est de re vili, ut si Socratem accuses, quod colaphium mulieri infingeret, vel incusserit; talis questio est infamis, & non ciuilis. Aliae sunt que non nisi ciuiliter proponi possunt. Itaque omnis oratoris materia tractata, & artificio ciuilis sit: etiam materia quedam nuda proposita, nec dum suis coloribus illustrata, est ciuilis & talis est oratoris materia; vel dicendum est versari quidem Rhetorem in omnibus rebus, sed magis propriè in rebus politicis consistere, à quibus, inquit Quintil. cap. 22. l. 2. orato. insti. oratio dialecticorum, que concisa est, discedit. Notandum est hic nomen rethoris sumi non oratore.

*Questio, & causa materia sunt Rhetorices. Quintil. cap. 22. l. 2. inst. orat.*

Quoniam, inquit Aristoteles cap. 1. l. 1. Rheto. ad Theo. nihil est oratori tanquam materia propositum, quod in causam & questionem incidat, que quidem causa tribus generibus con- tinetur, questio vero est hypothes, de quibus suo loco dicemus.

*Rhetorica versatur circa probabilia. Idem cap. 18. li. 2. orat. inst. & Arist. lib. 1. Rhet. cap. 1.*

At Rhetorica utitur necessariis rationibus, que cum sint necessarie non sunt probabiles, itaque facultas dicendi non utitur probabilitibus atque verisimilibus. Dicendum est res omnes ex maiore parte spectandas esse, & ex eo quod fiat sapientia, unde Rhetorica cum sapientia utatur verisimilibus, quam necessariis, versatur circa probabilia. Quid sit autem probabile docet Aristotel. l. 1. Top. cap. 1.

*Doctrina dicendi, primum in ipsam vim oratoris, deinde in oratione, tunc in questionem. Cicero in partitionibus.*

Rhetorica, inquit Quintil l. 2. cap. 15. in artem, artificem, & opus artificis dissidit. Itaque male vel à Cice, vel à Quint. Rhetorica distribuitur. Descendit est. et divisiones facultatis dicendi verbis inter se non re discrepare. Per vim oratoris intelligit Cicero habitum, & facilitatem & potestatem peritiam artis, quam habet orator, & secundum quam efficit suum opus. Hoc est orationem, per questionem intelligit ipsum thema, materia & que oratoria. Erit ergo vis oratoria, ut causa efficientis, questione autem causa materialis, oratio ut opus. Notandum est orationem esse vel opus artificis, ex dictio ex arte coniecta: vel pars Rhetorices de legibus principijs narrationis, &c. Questio de qua igitur non est pars rhetorices, sed illa qua quid thesis quid hypothesis, qualisque utriusque natura sit arte comprehendit.

### Rhetorica est sermonalis ars. Idem ibidem.

Quoniam Rhetorica est logica, sermonem habet, & sermoni rem subiectam. Notandum est vim dicendi, si se facultate primum in oratore esse: ut in subiecto dicade in rebus & verbis, & in materia: quædam modi sculpendi artes, sūt in artifice, tūm in marmore, & are esse dicimus.

### Rhetorices finis est bene dicere. Idē cap. 16. l. 2. inst. orat.

Idem locus est apud Ciceronem l. 3. de oratore, Rhetorices, inquit, finis est bene dicere, quod quidem bene dicere nihil aliud est, quām cum morum probitate, si fieri posset, cum iustitia & virtutum benevolentia largè & oratione loqui. Itaque finis, artis est cura ad id tanquam ad finem suum tendit ars, finis autem dicitur ad quod ultimum omnia referuntur. Vide Ciceronem l. 1. de inventione.

Frequentissimum officium Rhetorices est dicere appositè ad persuasionem. Cicero l. 1. de inventione, & Aristot. l. 1. Rhetor. cap. 1.

Quoniam, inquit Ciceron l. 1. de inventione officium est id, quod facere quid debet, dicere appositi ad persuasionem officium rhetorices que in persuasione quid agendum consideret, hoc inquit Aristoteles l. 1. Retho. cap. 1. nullius artis est munus, quippe cum reliqua facultates omnes, atque discipline vim suam docent, persuadentique non circa omnes (quod est Rhetorices munus) sed cura una tantum quampliam rem subiectam obtineant, que se forte circa omnes res obtinent, mutuantur ab ipsa oratoria facultate.

### Rhetorica partitur in artem, artificem, & opus. Quint. lib. 2. cap. 15. inst. orat.

Ars autem, inquit Quint cap. 15. l. 2. orat in l. est quae disciplina percipi debet: ea est bene dicendi scientia. Artifex est qui praecepit artem, & orator, cuius est summa bene dicere opus quod efficitur ab artifice, & est oratio bona.

Græcè ab eloquendo p̄ntw̄, & latincè eloquens diEus est. Cicerol. 1. de oratore.

Rhetor cum sit preceptor, inquit Quint cap. 1. l. 2. orato in t. eloquentia, prima officia sui operis non recusat, à narrationibus st̄rum, & laudandi, vituperandique opus, sua cura eius desideratur.

Oratore est vir bonus dicendi peritus, qui in causis publicis, & priuatis, plena, & perfecta vicitur eloquentia. Idem l. 2. de oratore.

# P. SAINCT FLEVR

*Vir bonus* dōbus modo *in iugis* debet : *primum* qui *omnia que profant*, *salem que ne-*  
*mini nocent effundit*, qualem L. 2. officio. *Cicero describit*, quē etiam nec mentitur sui emolu-  
*menti causa*, nec *criminatur* nec fallit: *quod si vi illa dicendi simplici hominum natura ma-*  
*litiam infundat*, ab officio discedit. *Cura generu homines nasci mutos, & elingues, & cog-*  
*ere coniurationem satrū effici*, quād preudētia mūtura, *in mutuam perniciem convertere*. De-  
*inde ratiō est bona*, qui ita p̄spiciat q̄, ut sit *omnibus bonis instrutus* & *ornatus*, qui *equi-*  
*tatem*, ex *ui uiam amat*, qui *nec errare*, *nec diligere*, *quod non sit per se diligendum* & *co-*  
*lendum* novi, qui *si omni ex parte beatus*. *Primus itaque modus boni viri oratori tam no-*  
*bi, quam depravata moribus imbuo conuenit*. *Secundus vero ei oratori tantum bene nato,*  
*& op̄ib⁹ numeris absoluto*. *Hinc colligi licet oratorem esse virum bonum dicendi peritus,*  
*qui sicut omnium sit sceleratissimus*, *modo artū peritiam imitatus*, *diligentia debita*, &  
*re-*  
*quisita*, *argenteo quaestione non fucatum*, *non mendacius artificio suo mirabiliter excoigitati-*  
*us*, *incolutam sequatur*, *procul dubio vir bonus* dicendi *peritus* erit *orator bonus in quantum*  
*rem*, *ut a litigatore accepit*, *fideliter exponit*, & *suis lineamentis*, & *flosculis adumbrat*: *in*  
*foco dicendi peritus*, *si modo unumquidque optimè suo loco differens*, *si ingenio*, *quasi incū-*  
*do nautio*, *per sententiarum fluminum*, *ad extrellum usque perducat auditores*. *Vide Cice-*  
*ronem l.1. de oratore & Quintil. cap. 1.1. 12. & primo l.1. inst. orator.*

*Orator plenus & perfectus est*, *qui de omnibus rebus*  
*possit varie copiose dicere*. *Idem l.1. de oratore.*

*Idem est locus apud Cicero. l.1. de orat.* *Is orator erit mea sententia*, *hoc tam, inquit, graui-*  
*dignus nomine*, *qui quecumque res inciderit*, *qua sit dictione explicanda*, *prudenter & cōpo-*  
*sita*, *ex ornate*, *ex memorier dicat*, *cum quadam etiam actione dignitate*. *Res autem omnis*  
*propria est oratorū*, *qua*, *inquit idem l.2. de orat.* *qua ornate*, *grauitateque dici debet*. *An o-*  
*rator non dicat nisi de re dubia?* *Vide Quintil. cap. 9. lib. 3. inst. orator.*

*Oratorum opus est historia*. *Idem l.1. de legib.*

*In primis abundare* debet (*inquit Quintil. cap 4 lib. 12. inst. orat.*) *orator exemplorum*  
*copia*, *cum veterum tūm etiam nouorum: adeo ut non ea modo*, *que conscripta sunt hystorix,*  
*aut sermonibus velut per manus tradita*, *queque quotidie aguntur debeat nosse*, *verum ne*  
*ea quidem qua sunt à clarioribus poëti scīla negligere*. *Nām illa quidem priera aut testimoniōrum*, *aut iudicatorum obtineant locum*.

*Oratori iuste iniusteque disciplina pertractāda est*. *Quin-*  
*til. cap. 2. lib. 2. inst. orato.*

*Lucius Crassus*, *ut docet Cicero l.3. de oratore* cūlū *qua de quo*, *vero, bono de iis que sunt*  
*contra posita propria oratoris esse affirmat*, *ac philosophos cum ea dicendi viribus inveniuntur*,  
*ut R̄htorum armis, non suis*. *Idem tamen L.* Crassus fatetur ea iam à philosophia moralis  
*petenda esse*, *videlicet quia magis hec illi videtur in possessione carum rerum fuisse*. *Hinc cō-*  
*cludit Quintil. cap. 2. lib. 12. inst. orato. oratoris vitam aportere esse coniunctam cum sc̄ientia*  
*rerum diuinarum & humanarum*, *ut oratoris mores bonis disciplinis corroborentur*. *Vide*  
*Ciceronem in par. oratoriu, inquit, nulla est facultas dicendi sine philosophia.*

*Iuris scientia ciuilis oratori necessaria est*. *Idem cap. 3.*  
*li. 12. inst. orato.*

*Quoniam*, *inquit Cicerol.* 1. *de oratore*, *oratoris vita cum scientia rerum diuinarum est*  
*coniuncta*, *iuri ciuilis oratori est necessaria*, *itaque*, *ut placet Quintil. l.1. 12. inst.*

erat. cap. 3. Cicero non modo inter agendum est definitus scientia iuris civilis, sed etiam conponere de ea aliquid caperat, ut appareat posse oratorem non modo dicendo iuri vacare, sed etiam docendo.

*Oratoris finis est lenè dicere. Idem cap. 17. l. 2. inst. orator.*

Quia finis oratoris in enuntio esse non debet, ideo non actionem ipsam, sed actionis extre-  
mum est, nempe bene dixisse, licet non vincat, id tamen quod arte continetur, efficit: verum  
non propter ea oratoris finem in enuntio possumus afferre nisi actio ipsa sumatur integra. Alii  
finis alios constituerunt persuadere dicendo, ut Cicero. l. 1. de inventione (quod non est finis  
artis) vel oratori intentione, qui propinquus finis appellari potest: vel remotum finem, quem  
dicere actionis fas est. Quod autem cogitando primum ultimum dici potest, qui propinquus  
appellatur, finis remotus dici potest, & contra, qui remotus propinquus. Persuadere autem  
dictione non potest esse finis oratoris. Quia meretrices blandi sermonibus quod volunt suis  
amatoribus persuadent, & pauperes sua calamitate. Itaque cum non soli oratori conueniat,  
persuadere non potest eius esse finis. Dicendum est inquit Quintil. l. 2. cap. 15. inst. orator.  
Persuadere dicendo à meretrici, & paupere fieri non ex arte, sed ex imbecillo quodam natu-  
re adiumento.

*Officium oratoris est dicere apposite ad persuasionem dictione. Cicero. l. 1. de inuent.*

Quoniam officium atque munus est id unum, quod unusquisque prestare debet, oratoris  
munus erit persuadere dictione. Notandum est hic in definitione officii oratoris finem con-  
verti officio. Nam munus oratoris est, dicere apposite ad persuasionem, ubi iam finis admix-  
tio est, id est persuasoris. Finis autem est id ad quod omnia referuntur. Quintilianus vero  
cap. 17. l. 2. inst. orato. vult officium oratoris in actione ipsa consistere, finem vero ipsius a-  
ctionis, & non in illa. Notandum est discrimen esse inter oratore, & Rhetorem: orator enim  
in causis cum priuatis, cum publicis plena virtutis eloquentia: Rhetor autem precepta docet.

*Tria sunt, que praestare debeat orator, ut doceat, moueat  
& delectet. Quintil. cap. 5. l. 3. inst. oratori.*

Tria sunt, ut docet Cicero. l. de optimo genere oratorum, oratoris manera atque officia  
docere, delectare, mouere, docere est necessitas, delectare voluptatis, flectere victoria, vult  
tamen Agricola. l. 1. de inventione cap. 1. esse unum oratoris proprium ita ut sine eo orator  
esse non possit, nempe docere, reliqua vocat acceptiones, cum sine eis orator esse posset. Nam a-  
pud Areopagitas oratores neque delectabant, neque mouebant, sed duxerat docebant. Que  
quidem tria officia ad unum fortasse munus nempe dicere apposite ad persuasionem referun-  
tur, de his officiis Cicero. l. 2. ad Quintum fratrem, tres sunt rationes, una conciliandorum  
hominum, altera docendorum, tercia concitandorum. Harum trium partium prima levitatem  
erationis, secunda acumen, tercia vim desiderat. Nam hoc necesse est, ut hic qui nobis causam  
adjudicatur sit, aut inclinatione voluntatis propedeat in nos, aut defensionis argumentum ad-  
ducatur, aut animi per motione cogatur. De his vide oratorem ad Brutum, Ceterum quinque  
sunt officia oratoru inuenire, inquit, Quintil. cap. 3. l. 3. inst. orato. disponere, pronuntiare, e-  
loqui, memoria mandare. Que quatenus actum inueniendi, & disponendi significant sunt  
officia oratoris. Quatenus rem inuenitam, dispositam, &c. opera sunt oratoris non partes. No-  
tandum est haec verba inuentio, dispositio, &c. quatenus significat methodum inueniendi, di-  
scendendi, &c. que precepta constant, ita partes esse artis.

# P. SAINT FLEVR

*Vt oratoris est in rebus, & in verbis. Cicero in partit.*

Vit, ex artis, oratoris in eo possit est, ut inveniat aptas sententias, deinde verba, que sententias quadrant, & eas interpretentur, ut etiam panis ex farina, ex aqua confest, sec oratio ex verbis (sua sententia) ex verbis confirmatur. At, ut probat Quintil. cap. 3. l. 3. inst. orat. res ex verbis orationis subicit. Nam inquit, omnis oratio cōs̄bat aut ex iis que significantur, aut ex iis que significant, id est ex rebus ex verbis. Itaque m̄le Cicero res ex verbis subicit oratoris fabulariāe, dicendūa ex oratoris esse, ut docet Quintil. cap. 3. l. 3. inst. orat. invenire, disponere, eloqui, memoria tenere, pronunciari, his autem partibus solam res ex verbis tractantur. Nam, ut idem eadem, p̄te confirmat, inuenire ex dispositio sunt propriæ rerum elocatio, & pronunciationis verborum. Memoria communis est, & tanquam custos rerum ex verbis, ut sensim dicamus res ianuenire est querere probationes, & argumentata non autem causam, sed in causa adfertur a litigatore, ad oratorem ut si patrocinetur. Itaque in res ex verbis cadit vis oratoris. Que cum fuerint ianuenit suis partibus descripta componunt orationem, & sic orationis erunt. In iis igitur tempore rebus ex verbis vis est oratoris ut causa efficiens, oratio sicut affectionem. Notandum est vim oratoris esse primam partem tripartite Rhetorice, & superioribus preceptionibus ostendimus. Ceterū vis dicendi est in oratore ut in subiecto.

## PARTES RHETORICÆ.

Cap. 2.

  
*Mis orandi ratio quinque partibus constat, invenzione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione, sine actione. Quint. cap. 3. l. 3. inst. orat.*

Vis oratoris omnis, & efficacia, in quinque partes est distributa: in invenctionem iudicio permixtam. Qua debet orator primum excogitare quid veram, aut verisimile, probabiliter dicat, in dispositiōnē, qua ianuenit non solum ordine, sed etiam momento quadam, atque iudicio, dispensamus: in elocutionem, qua quod excogitatum est, insegnai idoneorum verborum lumine, & optimo sententiārum candore, illustramus, & adumbramus, vefimus, & ornamus: in memoriam, qua fideliter animi sensu, & reclam verborum dispositiōnē percipimus in pronunciationem, qua qua diximus, ianuenita, collocata, verbis, rebusque lustrata, memoria fixa, cum dignitate, & venustate, cum vocis gestu, moderatione fluunt in aures. At, inquit Cicero in partitio. & l. 2. ad Quintum fratrem, omnis doctrina dicendi in tres partes nempe in vim oratoris, orationem, & questionem, itaque non sunt quinque partes Rhetorice. Dicendum est, ut quibusdam placet, Rhetoricam duplice ratione intelligi, unam universam, qua universa precepta vis oratoris continet, & quandam vim preceptionum communium, rationem exordiorum, narrationum, & ceterarum orationis partiū, postea questionem naturam, & proprietates. Que recte à Cicero in vim oratoris, orationem, & questionem distributa est, & de eadem non intelligitur hac preceptio: Alteram minus universam, & angustiorem, qua solum doctrine dicen ti est pars, & dicitur vis oratoris, que in rebus, & verbis consistit, & eadem in quinque partes distributa, ut in hac preceptione docetur. At iudicium est pars Rhetorices, itaque sunt sex partes Rhetorices: Dicendum est iudicium sub aliis partibus contineri, & per easdem f. sum esse & sic sunt tantum quinque partes Rhetorices minus universa.

*Hæ quinque partes, nomen officij, & operis retinere pos-  
sunt. Ibidem.*

Hæc verba inuentio, dispositio, memoria, elocutio, & pronunciatio multis modis usurpan-  
tur, nam aut rationem tantum significant, & methodum inveniendi, disponendi, &c. que pre-  
cepta constat, ita sunt partes artis, atque eloquentia. Aut promptitudinem partam & habi-  
tum inveniendi, disponendi, &c. ita sunt partes facultatis oratoris (que dicitur Rhetorica  
minus universa) Quatenus vero actum inveniendi & disponendi significant, officia sunt ora-  
toris. Quatenus rem inuentam, dispositam &c. opera sunt oratoru, non partes.

*Memoria est quarta pars Rhetoricae. Idem ibidem, &  
Cicero lib. 1. de inuentione.*

*Memoria quartus locus ideo datur, quod inuentio dispositio & elocationis sit custos.*

## INVENTIO IUDICIVM.

Cap. 3.

 *Iuentio est excogitatio rerum verarum aut  
verisimilium quæ causam probabilem red-  
dant. Cicero l. 1. de inuent.*

Inuentio est negoti fides, aut rerarum rerum, aut verisimilium ex-  
cogitatio, sed orator in verisimilibus maximè versator, duo enim sunt genera argumentorum,  
necessarium, & probabile, necessarium in veris rebus est, probabile in verisimilibus. Itaque  
inuentio locos argumentorum continet, ex quibus tanquam ex thesauro, ex aliquo sanctiore  
erario, cuiusq; vel confirmande, vel refutande rei causa deponuntur argumenta.

*Iudicium à consilio non multū distat. Quint. cap. 6. l. 6.*

Iudicium ostendentibus se rebus adhibetur, consilium vero latentibus, & omnino nondam  
reperiens aut dubiis. Alia etiam ratione distinguuntur, quod iudicium frequentissime est certū,  
consilium vero est ratio quadam altè petita, plerunque plena perpendens, & comparans,  
habensque in se inuentionem, & iudicationem. Hinc iudicium esse quandam prudentiam  
necesse est, quæ nos admonet, ut argumenta contraria vitimus, profutura queramus, propria  
studiorē paremus, fulta relinquamus, acuta venemur, sumptas ē locis probationis examine-  
mus.

*Inuentio ad usum potior est iudicio. Cicero in Topicis.*

Nam inuentio vis summa robur & pondus totius argumentationis tribuitur. Idecirco  
vero ei æconomia, contextus, series & eloquio debetur. At qui sententia quantumvis, &  
indigesta, innati, ieiuna, nec pondus habente dispositione melior, ad usum precipue oratorum.  
Non enim oratores iudicii partem curiosius obseruant, neque has argumentandi leges, quas  
iudicium dialepticum continet, scrupulosius sequuntur, quid autem iudicii sit dicemus sequen-  
tibus præceptionibus. Qualis autem sit argumentatio Rhetorica probatur cap. de arguento,  
& argumentatione.

*Inuentio est ordine naturæ prior iudicio. Ibidem.*

At, inquit Quintilianus cap. 3. l. 3. institut. orator. inuentio non est sine iudicio. Itaque in-  
uentio non est prior natura iudicio, cum non possit esse sine iudicio. Nam, inquit Aristoteles.

# P. SAINCT FLEVR

Cum autem de modis primi naturae sine rationi natura esse posset. Dicendum est inuentio esse quidam priorem naturam (ut in hac preceptione sumitur) non tempore, ut sumit Quintil. l. 3. inst. orat. cap. 3. Dicitur autem inuentio prior iudicio natura. Nam prius est ut materia argumentandi inuenientiae, deinde inuentarum formes, expolias, et ornas. Inuentio materia est iudicium vero forma illa virtutis partis similes est. Haec vero ut se comparatur. Nam quemadmodum partim animalia informata sunt, et animalis effigie prorsus carerunt tamen ut a particulis lambendo formantur inuenientum argumentum primo forme est expersus. Ac ubi iudicium illius accessit, abfusione, sive supra maxima imponitur. An iudicium inuentio subiicitur. Vide Quintil. cap. 3. l. 3. inst. orat.

*Inuentio rerum, et argumentorum ante artem fuit.  
Idem cap. 10. lib. 5. institu. orator.*

Inuentio, que nobis est communis, inquit Quintil. cap. 3. l. 8. inst. orat. cum imperitis exitit ante artem quam natura magis, quam arte comparatum tenemus. Que cum arte perficiatur tunc non est communis cum imperitis. Talis autem inuentio beneficio preceptorum de inuentione locorum absoluatur. Vide Rodopha. cap. 1. lib. 1. de inuentione.

*Inuentio est in rebus et verbis. Cice. in partitionibus.*

Inuentio cum latè patet, et rerum, et verborum dicitur, sed inuentio verborum est, cetero que ad elocutionem referuntur, ut distinxat in rebus elocutio ponatur propriè. Vide Quintil. cap. 3. l. 3. inst. orat. Notandum est inuentionem propriè esse rerum, ut Cicero in partitionibus confirmat. Ceterum inuentio rerum duplex est, una fidei, altera motus, hec auditum, illa causarum, id de Rhetorica inuentio intelligendum est, non de dialectica, qua fidei habet duxit. Vide Ag. l. 2.

*Judicandi pars est dialectica. Idem in Topicis.*

Dialectica una est pars indicandi, quādā Quintil. cap. 10. lib. 5. instit. orat. tū uigitur uocat, cuius officiū est indicare sitne res species genus, differentia propriū accidentis, substantia, quantitas, qualitas relationē: ex hoc quidē si est vox simplex: si vox est composita, eius officium est indicare sitne vera, falsa affirmans, negans, uniuersalia, particularis, necessaria, contingens, impossibilis: quam quidem partem indicandi Aristoteles tradit in categoriis, in libris peripheremenis, &c. Altera vero est pars dialectica, quam Quintil. cap. 10. l. 5. instit. orat. tū totū appellat hęc est dialecticam localem, ut que locos argumentorum, quibus aperie de themate quoūdī dici possit commonstrat. Est vero thema, id quod tractandum preponitur, et est aut simplex, id est una vox, ut spes, fides, charitas, aut compositum, id est oratus intergra ut Rhetorica est iuriis studiōsō per necessaria: Quam quidem partem inueniendi Aristoteles libris 8. Top. complexus est, et in lib. 2. de demonst. eam leviter attingit, dum cōmemorat quatuor questionum genera. An sit, quid sit, pr̄ et vere in libris priorum resolutionum, in quibus docet inuentionem mediij ad probandum necessariō, ut curiam alterum alteri insit, vel non insit necessariō, contingenter. Notandum est triplex iudicium esse, ut placet Ammonius unum in qualibet arte mixtum, quod ex artiū tantum varietate distinguī potest, alterum cōmune omnibus, quod confusum est, quia nōdum arte confirmatum, tertium dialecticum quod cernit in ratiocinationum figuris. Aliis vero placet iudicium duplex, ut est prudentia, ac discretio huīus vel illius argumenti capiendi, quod inuentioni adhibendum: aliud, quod methodus comparandi argumenti cum extremis questionis, et vere dialecticum dicitur. Hinc licet colligere dialecticam non esse naturalem: de perfecta loquor, qua prudens est existimatio, et qua premunitus dicitur nemo.

Probatio, Argumentum, Argumentatio, Enthymema,  
Exemplum, Dilemma, subiectio, inuersio, opposi-  
tio, enumeratio.

Cap. 4.



*Argumentum est ratio, quæ rei dubia fidem  
facit, Cicero in Topicis.*

Argumentum est id per quod aliud cognoscitur, itaque argumentum adhibetur rei dubiae id est, questioni probanda, ut de ea fidem faciat: exponitur autem in probando certis sententiis, quæ vel necessario, vel propensius, creduntur, quæ si ritè, ex lege argumentationis exposta fuerint, sit necessaria conclusio, si minus dissolutur, quod confitum fuit. Atque in hoc est structura argumentationis, & iudicande eius ratio, cum in locu sit inventio. Exempligratia, si dubitatur an inter Piladem sit amicitia, huic dubio argumento sit fides: argumentum vero cernitur ex voce, amicitia. Quid est amicitia, est voluntatum studiorum, sentientiarum summa consensio, sed inter Piladem & Orestem est talis consensio, ergo inter Piladem & Orestem est amicitia. Argumentum autem dicitur ratio, hoc est rei probabilis expositio. Nam quod in partitionibus probable inventum Cicero vocat, id in hac preceptione ratio appellatur. Quintilianus autem cap. 10. l. 5. inst. orat. sic fuit argumentum, Argumentum, inquit est ratio probationem praestans, quæ colligitur aliud per aliud, ex que quod est dubium, per id quod non est dubium confirmat, unde fit ut quicquid alterius probationi adhibetur argumentum vocari debeat. Intelligendum est autem multa, quæ fidem faciunt, non esse argumenta, quod rationes non sint, ut visus facit fidem in qua videntur, sed quia visus, non est ratio, nec argumentum quidem esse potest. Ea autem definitio argumenti iam à Quintiliano assignata recurrat, cum ea quæ est huius preceptionis. Nam licet argumentum statuatur esse ab eodem species probationis artificiali, tamen non describitur, ut probationem significare videatur. Hic vero argumenti nomine probatio omnis, non species probationis intelligitur. Preterea nihil different, ratio per ea quæ certa sunt fidem dubias aut tāquam dubias adferens, & ratio rei dubiae fidem faciens, quia quicquid fidem facit, ipsum certum esse oportet: dubiis enim dubia qui confirmari possunt, quedam tamen in alterius rei probationem sumuntur, quæ probanda sunt: sed argumenti nomen non retinent, questiones vocantur. Ita ut enim caperint certa, incertorum argumenta siant, nulla enim firmiora sunt iis quæ ex dubiis certa sunt. Argumentum autem triplex est necessarium ut apodixi, probabili ut epicherema, fallax ut sophisma: de probabili tantum in hac preceptione fit sermo. Notandum est argumentum dici, à verbo arguo quod est demonstro, ut de generis animos timor arguit, hoc est demonstrat. Que autem pro certis habenda sunt, docet Quintil. cap. 10. l. 5. inst. orat.

*Argumentum est probabile inventum ad faciendam  
fidem. Idem in partitionibus.*

Argumentum est res, sive ratio probabilis, quæ ex certo loco ducta valet ad faciendam fidem, in hac materia est argumenti, in exponendo forma, quæ argumentatio appellatur. At, inquis Quintil. cap. 8. l. 5. inst. orat. probationum omnium alia sunt necessarie, aliae credibiles, aliae non repugnantes. Itaque male Cicero argumentum sive probationem tantum probabile definiendo fecit. Dicendum est, ut quibusdam placet, Argumentum probabile, sive nisi dici pro eo quod non est necessarium, illud quæ reperiri in omni oratione frequentissimum: ideoque orationum esse maximè proprium: ea de causa Cicero semper hoc preceptione probabile dixisse

# P. SAINT FLEVR

non qui credidit ea confessum, sed qui vellit hoc intelligi non oportere omnes probationes esse nec fieri, sed eis si credibiles forent. Itaque omnia necessaria possunt esse probabilita, non omnia probabilita necessaria. Quid sit autem probabilitate vide Ciceronem l. 1. de inventione, et Aristotel. l. 1. Topic. Creditibilia autem genera, inquit Quintil. cap. 10. l. 5. inst. orato. tria sunt, unum firmissimum, quod facere accidis ut liberos a parentibus amari. Alterum velut propensum, cum qui recte valeat, in crassum perueniat urum. tertium tantum non reprogram in domo fratum factum ab eo, qui dominus fuit. Vide Aristotele l. 2. Rhetor. ad Theodectum. De significato vocabuli argumenti differit. Quintil. cap. 10. lib. 5. institut. orato.

*Vt si est argumentorum, ut rebus apertis ea non adhibeas  
sed dubiis, et ea quidem, quae confessa sint. Quintil. cap. 12.  
l. 5 inst. orato.*

Dubia enim dubiis probari non possunt, cum probationem alicuius rei ea notiore esse, et certiorum esse oporteat, ut Quintil. cap. 10. l. 5. inst. orat. confirmat. Tamen sunt quedam in alterius rei probatione adducta, que ipsa probanda sunt; et illa firmiora sunt, que ex dubiis facta sunt certa. Que autem per se infirma sunt, cum singulis sumuntur congreganda sunt, valent enim grandine, si non fulmine. Præterea ex iis quadam non est satis posse, sunt etiam adiuuanda: ut si cupiditas, vel ira causa sceleris fuit, ostendendum est quantum efficiat in animo hominum talis afflictio. Et si cuiusque afflictionis, ut ire, et cupiditatis, causa profertur, multum hoc proderit. Sed non omnibus argumentis que occurunt, index est onerandus: quia tedium adserunt, et fidem detrahunt. Probationes etiam patheticae multum valent. Considerandum est, apud quem agimus, et quid illi probable maxime posse videtur. Ventum probationibus ex assertione, que quidem firmiores sunt ex sua cuiusque persona. Hoc autem in illarum collocatione obseruandum est precipue, sic ordinentur, ut causa postulat, hoc excepto ne oratio decrecat. Vide Rodolph. l. 2. de invent. cap. 19.

*Argumenta in locis inclusa sunt. Cicero in Topicis.*

Argumenta omnia dicuntur in locu inclusa, propterea quod loci sunt argumentorum sedes non vero ideo, quod illa omnia in causa sint, et ab ea trahantur, non enim testimonia sunt eiusmodi, que aliqui vocant argumenta. Itaque inquit Quintil cap. 10. l. 5. inst. orato. ut earum rerum quae abscondite sint, potato et demonstrato loco, facilis est inventio, sic cum peruersigare argumentum aliquod volumus locos nostre debemus. Nam ut in terra non omni generantur omnia, nec aenam, aut feram repeterias, ignorans ubi quaque nasci aut morari soleat: et pescum quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam littoribusque discreta sunt: nec helopem nostro mari, aut scarum ducas. Ita non omne argumentum undeque venit, id est non passim querendum est, multis aliqui error est, et ex hausto labore, quod non ratione scrutabimur, non poterimus inventire nisi causa, at si scierimus ubi quicque nascatur, et lateat, cum ad locum ventum erit, quod in eo erit prouidebimus.

*Argumentum est probabile inuentum. Idem in partitio.*

*Quoniam argumentum est inuentum, oportet id ipsum inueniri. At argumenta extrinsecus sumpta non inueniuntur ab oratore, sed ad eum a litigatore deferuntur, ut sunt testimonia. Itaque non omne argumentum est inuentum. Dicendum est in hac preceptione non vocari inuentum, quod est artificio dicentis excogitatum, sed quod est loco in quo latebat de promptum est, quodque prius in loco suo quesumus tandem inuentum est. Non autem sic ut a causa petitum inveniamus, sed e sua sede velut erutum vocamus.*

*Omnis argumentum oportet cognatum coniunctum, & cohærens esse. Rodolph. cap. 2. l. de inuentione.*

Cum argumentum sit cohærens cum re, non argumentorum alio, ut docet Cicero in Topicis hærent, alia non hærent rei de qua queritur. Dicendum est in hac præceptione cohærens accipi, pro consentaneo, at pro eo quod à re proposita non abhorret, non autem, ut Cicero accipit, quid hærente dixit, quod in situ, infixumque cause est, porro consentanea sunt contraria negatae contrarii affirmata, & affirmata negata: & hoc modo repugnantia, affirmata negata, negataque affirmatae consentiantur. Simili ratione repugnantia, vel contraria affirmata, sunt infixa repugnantibus, vel contrariis negatis: ut iure possidet, igitur non insitus debet reddere. Item lex est iniqua que de iure nihil remittit, sed summum ius ad unguem sequitur, ergo non est æqua lex. Utrobique ex affirmatione unius illic repugnantis, hic contrarij, negationem seu repugnantis alterius seu contrarij colligo, & certe affirmatio unius, negationi alterius consentanea est, nec aliter à repugnantibus aut contraria argumentari possumus. Que sint argumentorum communia docet Quint. cap. 8. l. 5. inst. orato.

*Omnis probatio artificialis constat, aut signis, aut argumentis, aut exemplis. Quint. cap. 9. l. 5. inst. orat.*

At, Cicero in Topicis, constituit quatuor genera probationum artificialium, nempè definitionem, partes, notam, & res affectas. Itaque male in hac præceptione probatio in tria distribuitur. Dicendum est signa sub antecedentibus, consequentibus, & adiunctis, illam sub maioriibus paribus, & minoribus: exempla sub similibus, dissimilibus, convariis, atque etiam comparatis intelligi: quas res affectas esse nemo negabit. Argumenta vero ab omnibus qua vel ad totum adlibentur, vel quodammodo affecta sunt ad totum trahuntur.

*Probatio omnis ab consequentibus antecedentibus, vel repugnantibus ducitur. Idem cap. 8. l. 5.*

Id prima facie divisioni à Cicerone in Topicis facta repugnare videtur. Nam Cicero sub rebus affectis antecedentia, consequentia, & repugnantia complexus est. Quare si ab antecedentibus consequentibus vel repugnantibus omnis probatio petatur, omnis igitur à rebus affectis erit. Certè Rodolphus cap. 21. l. 1. de inuentione Ciceronem simul & Boetium reprehendens antecedentia, consequentia, & repugnantia communes locorum omnium locos esse docet: sicut ea Boetius definiti, & ut Cicero tractauit locos esse negat. Non enim ad inuentionem sed ad iudicium pertinere Rodolph. Ibidem air: insuper Quintil. cap. 10. l. 5. inst. orat. argumentum omne vel maius, vel par, vel minus facit. Qui tamen tres loci sunt superiores sub rebus affectis continentur. Sed hoc ita diluitur. Quinti maius pro latiori vel generaliori capit, minus pro contractiori: Denique par, pro eo quod revertitur, & recurrat. Itaque par erit definitio genus specie maius, species generi minor, eodem modo de locis alii indicandū est.

*Probationū duplex est membrū. Quin. cap. 1. l. 5. inst. orat.*

Probatio siue ratio omnis inartificialis est, aut artificialis, inartificialis partes habet rumpere preindicia, tormenta tabulas, insurandum testes, qua ratione ad artem non pertinet, sed ratione tractandi. Artificialis vero est tota in arte, cōstātque rebus ad faciendā fidē appositis.

*Argumentatio est argumenti explicatio. Cicero in partitionibus, & l. 2. de inuentione.*

Argumentatio est materie ad faciendam fidem comparata tractatio, que quidē sumitur ex locis tum cōtinibus, tum propriis singulorum statuum, ex quibus omnia derivari: necesse est.

## P. SAINT FLEVR

Quoniam finis est cuius gratia omnia agunt, agunt autem omnia boni causa, sive illud reserua sit bonum, vel apprens. Itaque finium diuersitas bonorum divisione metienda est. Bonorum autem alia sunt per se bona, ut status cuiusque rei in suo genere perfectissimus, sicut ignis summum bonum est maximè calidum et siccum esse; Alia non sunt per se bona, sed conferentia, hoc est adiumenta sunt parandi, tuendisque per se bonis, ut cibis, potius homini.

*Finis est praestantissimus rerum omnium. idem cap. 15.*

Id intelligendum est maxime de ultimo fine, non de interiectis, presertim cum omnia ad eum referantur.

*Vnius rei plures esse possunt fines. idem.*

Vt in edificatione alius est finis operis, alius operantis, alius iubentis; sed hoc sit diversa ratione, nam in edificatione operis finis est domus, artificis merces, domini iubetis usus, vel, ut ex locatione questum faciat.

*Euenta ex-causis emanant. idem cap. 16 l. 1. de iuuent.*

Euenta dicuntur, que vi et impulsu causarum eveniunt: quorum alia effecta, ut que sunt à causis efficientibus, alia destinata, ut que incertum finem aliquem ordinatur, ait: volūt et eadem euenta sumendo uenient effectus in ampla significacione dicuntur effecta. Notandum est effectu posito causas ponere necesse esse, hoc est ex euentis vel effectibus colligi causas, ut enī causa effectum indicat, sic viceversa quod effectum est, que fuerit causa, demonstrat. Ita haec mutuam sibi confirmationem præbent, ut ab effectu cause efficientis, dies est, ergo sol est ortus, corpus viuit, ergo anima ei ineft; ab euentu materie. Corpus liquitur, non est igitur ligneus; ab euentu forme, volubilis est globus, est ergo rotundus; ab destinatis, nauem emit, igitur nauigare vult.

*Forma & finis idem esse possunt. Ibidem.*

*E ij*

# P. SAINCT FLEVR

*Formam & finem ait Arist. l. 2. de natura cap. 3. posse idem esse numero: et causa effectri-  
cum specie eandem cum haec esse posse, numero non posse. Quid autem sit idem numero, & specie  
dicit idem l. 3. Top. cap. 6.*

*Vnius causa vnius est etenitus. Ibidem.*

*Vnius causa vnius est etenitus per se, & proximus, ut ignis per se proxima est causa caloris,  
quod vero hinc in lato sequitur induratio, in cera mollescit, hec velut accessiones quædā sunt  
primum illius etenitus, & effecta, ut ita dixerim secundaria.*

*Causarum, & eventorum locus, tunc ad alia quæstio-  
num genera, cum præcipue ad deliberationes accomoda-  
tur. ibidem.*

*In quibus quid expedit, & an fieri posse quarti solet: quorum alterum à fine, alterum ex  
efficientibus perspicitur. Habet etiam vim in demonstrativa materia, ut quo cum animo, &  
cum aliqd faciūm sit offenditur. Nam vere virtutis ratio à fine pendet, tamque solam ex-  
petendam esse ex destinatis confirmatur. Vide cap. de demonstrativa genere.*

*Connexa, contingentia, adiuncta, antecedentia, con-  
sequentia, signa. Cap. 13.*



*Connexa sunt, quæ non circumstant quidem rem,  
sed extrinsecus in eam incumbere videtur, mu-  
tuamque inde capiunt denominationem. cap. 10.  
lib. 1. de inuentio. Rodolph.*

*Exempli gratia diuitiae connexa sunt diuiti. Nam à substantia sua Crassus dicatur, à di-  
uitiis que extra eum sunt vocatur dines. Quod ex sequentibus præceptionibus declarabitur.*

*Connexa distincta sunt ab adiacentibus. Ibidem.*

*Duplex est discriumen inter connexa, & adiacentia, alterum quod in adiacentibus non mo-  
do ipsa denominationa sed et illa que prebent rei denominationem in re ipso sunt: at in con-  
nexis, id quod causa denominationis est, planè extra rem est. Alterum quod in adiacentibus.  
et à quibus habet res ut denominetur sine illa re esse non possunt, in connexis possunt. Vide  
caput de adiacentibus.*

*Connexorum alia sunt propinqua, & velut attingen-  
tia rem: alia de longinquo aspiciunt rem. Ibidem.*

*Ex connexis quadam sunt attingentia rem, ut nebulosum in aere, in aqua pescosum, her-  
bidum in terra: item alium humile, &c. & quæ ex orienti nostris incumbunt, ut juniperatum, ar-  
matum: quæ omnia ex propinquo spectantur. Alia de longinquo aspiciunt rem: ut sunt ple-  
raque corum, quæ intellectu magis quam sensu percipiuntur, ut diuinitas, opes, item consul, pre-  
tor ciuii, in quibus omnibus aliud spectatur ex alio, atque inde mutua nomina oriuntur.*

*Equalitas, inegalitas, similitudo, dissimilitudo  
sunt connexorum. Ibidem.*

*Equalitas est rerum diversarum eadem quantitas, inegalitas vero rerum diversarum.*

quantitas diversa; similitudo rerum diversarum eadem qualitas. Dissimilitudo etiam rerum diversarum qualitas diversa, item pars minus, minus doctior, fortior, imbecillior, & cetera id genus connexorum quidem sunt nomina, sed sepe cum in orationem veniunt refiant coparata.

**Contingentia** sunt que contingunt circa rem, ita ut sine ista non eveniant res existere: siue res non existat, ista evenire possint. *Ibidem cap. 21. l. 1. de inventione.*

Vt, pallor ante agititudinem: potest enim quis pallere, ut non egrotet: & agrestare, ut non palluerit. Hic iurgium ante cædem: potest enim iurgatus quis esse, ut non occiderit: & alius occidisse, qui non sit iurgatus.

**Contingentia** cum non uno nomine statim intelligatur differentia connexis. *Ibidem.*

Differunt à connexis contingentia hoc pacto quod connexa uno significatur nomine quod continuo, ut prolatum est, & tam rem indicat, in qua est, & id quod extra ipsam est, unde id originem nomen. Nam cum diuitem dicū, accipis statim eum qui est diuines, & diuitias à quibus diunes vocantur, sic contraria in diuitiarum nomine illico, & opes ipsas, eum qui possident agnoscentur. At in contingentibus, vel potius in omnibus accidentibus necesse est ut duo conferamus, quo esse intelligamus ea accidentia esse. Nam si per se astatim dicas adiacens videtur, si seruum conexum est: si coniungas seruum astatum contingens est. Ceterum illa esse possunt contingentia, que velut indagine uestigies quibusdam ad ipsam rem nos possunt perducere: cuiusmodi sunt unius efficiens facta, vel subiecti unius adiacentia, vel que in eodem sunt loco, vel tempore, vel quomodolibet aliquid commune inter se habent, quo de uno posse in aliud fieri transitio. Apud Quinilibanum itaque in Mathematico vir fatus hoc ipsum quod fortiter fecit in argumentum adfert futuri parviciidij: quoniam in vitaque ait opus esse impetus & furoris cuiusdam, ut ambo unius animi possint videri. Huc etiam nos eorum pertinet, qui ante aetam vitam in foro præmere quam maximè, & accusare solebant. Ut Cicero 3. inue- Eliua in Catilinam argumentum probat.

**Adiuncta** sunt, que rem antecedunt, rei cohæret, rem sequuntur. *Cicero in Topicis.*

Adiuncta complectuntur circumstantias eas, que rem precesserunt, cum re fuerunt, post rem sequentes sunt: ut rixa, verba minacia, iniuria, antecesserunt: perturbatio mentis in cede, crux in manu, & alia cum re fuerunt: post cædem: fuga subsequuta est. Hæc adiacentia communiter accidentia vocat Rodolphus cap. 21. l. 1. de inventione, ubi idem disputat de adiunctis ita ut aduersetur Ciceroni. Quorum quidem adiunctorum erit tale exemplum. Clodius predixerat, se Milonem intra triduum occisurum: armatus erat, expeditus in equo, cum seruis barbaris & fugitiis, ergo paravit insidias. Idem in Pseudolo, & in Trinummo Plauti: sua opera & consilio iunxit, qua potuit communicauit, ergo nunquam malum est imprecatus: Hec adiuncta evidenter de se infirmitatem confitentur, que volunt, non efficiunt, nonnulla tamen vim quædam efficiendi necessariam habent. Quia ex re nonnulla placet omnia & consequentia dici posse adiuncta, non ex opposito. Adiunctorum nomen latius patet, quam antecedentium, & consequentium, nec assentuntur in, qui idem argumentum est: volunt, eundem locum ex antecedentibus, & adiunctis, & consequentibus. De quo Ciceronē cibulat, circa finē Top.

**Locus adiunctorum magna ex parte est oratorius, non modo nō iuris consultorū, sed ne Philosophorū quidē, ibidē.**

## P. SAINCT FLEVR

At, inquit Rodolphus, cap. xi. l. de inventione locum adiunctorum non solum est oratoris, sed etiam iurisconsultorum, & philosophorum, itaque falsa est preceptio. Dicendum est Ciceronem multumque volunt esse saltem oratorum, licet dicas ratione ex parte cum esse oratorum. Non enim sequitur si magna ac parte orationes, ergo est solum oratoris. Deinde, ut docet Cicero in eodius omnes locos orationes esse disputationes ad argumenta suppeditanda, alias abundantur, vel omnibus disputationibus occurrente. Ergo cum adiuncta sunt omnium disputationum communia, tamen abundantur oratori, iurisconsulto vero & philosopho angustissimis occurantur, id confirmatur preceptione sequente.

### Locus adiunctorum ad conjecturales causas valet. ibidem.

Locus adiunctorum oratori abundantius est necessarius ad conjecturales causas probandas. Est autem causa iuris causa cum de facto queritur: ex ea à conjectura, quae explicatur non habet. Dilla vero conjectura (Quin. l. 4. inst. orat. cap. 3. teste) à conjecta, id est directio ne quaedam rationis ad veritatem. Est enim conjectura incertae rei iudicium ex aliquo manifesto signo, aut ex eius uulta, qui reus agitur. ut repertus est quispam in solitudine recens cadaver sepelens, ex sepultura, que manifesta res est, id quod incertum est, id est, qui cadus sit aucthor, cognoscitur. Vide cap. de statu conjecturali.

### Locus adiunctorum ad philosophos & iurisconsulteros spectat. ibid.

Adiuncta ad ius, & philosophia spectant: cùm enim locus ex tempore, ut docet Cicero in partitionibus, sub adiunctis reponatur, de loco, ex tempore iurisconsulti, itaque philosophi querunt iurisconsulti quidem. ut Quint. cap. 10. l. 5. inst. orat. placet, discut argumēta ex locis: spectetur enim ad fidē probationis montanus an planus, maritimus an mediterraneus: quā partem uidemus Ciceronem pro Milo tractasse. Qua' quidem ratio loci ad ius spectat: quod autē tempus ad ius pertinet. Quin. cap. 10. l. 5. inst. orat. est aucthor, qui inquit, à tempore iuris questiones fieri. Ad philosophos quoque locus & tempus pertinent. Vide Arist. l. de natura.

### Locus adiunctorum longè diuersus est à locis consequentium, antecedentium, & repugnantium. ibidem.

At, inquit Quin. cap. 10. l. 5. inst. orat. loci ab adiunctis, & consequentibus nō sunt diuersi. Itaque falsa est preceptio. Dicendum est Quintil, vocare adiuncta qua consentanea, & consoncta sunt cum re, necnon ei coherent: item consequentia Quinti. vocat, non que ex antecedentibus consequuntur, sed que simili mutuo & inuisum se committantur, id est, que idem retro valent, & reciproca sunt: ut si iustitia bonum est, recte est indicandum: si perfida malum non est fallendum. In his autem preceptione antecedentia, consequentia, repugnancia, & adiuncta more Ciceronis accipiuntur: Qui vocat adiuncta, que vicinam, & sicutimam naturam cum re de qua agitur feruant, ita tamen ut rei necessario non coherent sed satis est, modo uniuersalia sunt, etiam nō semper eueniunt, sepius tamē eueniri possint: ut inimicitiae cedat adiuncta sunt: non tamen cuiuscumque inimicus alteri est, eundem occidit. Consequentia vero & antecedentia, & repugnancia necessitatē quandam preseferunt, quippe, que ex pronunciatis conexiū fiant. ut si homo est, animal est, homo antecedens est, & animal consequens: hominem posito animal sequi necesse est.

### Adiuncta non semper eueniunt. ibidem.

Adiuncta frequentius verisimilia sunt, quam necessaria, nonnunquam tamē necessaria, ut superioris de loco & tempore dictum est, quo argumento Pub. Clodius absolutus est, qui se interramus fuisse probavit, quo tempore sacra bone dea Romae in domo alterius consulis fiebant: quare fieri non potuit, ut ea Clodius polluerit, qui tum Rome non erat, sed in etramma. Quis ignorat hoc argumentum à loco & tempore petitum esse necessarium? At locus, & tem-

pus adiuncta sunt. Vixit ab adiunctis argumenta necessaria nonnunquam eruntur. Insuper propria secundum nota sunt, ut propria rerum nota necessaria sunt, ut in his verisimilibus coniunctis proprie nota, ut inest illi crux inimicus, qui casus est, mortem minatus es, noctu existi, proscriptorem anteisti, reprehensus es in solitudine iuxta cadaver gladium crucis, tenes, ex statim rodunisti vel palasti, ut reprehensus es, deinde latebras quiescisti, illum igitur occiditorum adiuctorum singula verisimilia sunt, et separata refelli possunt: collecta vero, et coniugata proprie nota, id est signi necessarii vim habent.

*Ea dico consequentia, quae rem necessariò consequuntur, antecedentia, quae necessario re antecedit, repugnantia, que nunquam cohaerere cum re possunt. ibidem.*

Antecedens est, quo posito necesse est aliud sequi, ita consequens dicitur, quod antecedente posito sequi necesse est: ut si iustitia est, virtus est, iustitia est antecedens: nam ea posita, necesse est virtutem sequi, unde sit, ut virtus sit consequens: quippe qua posita, iustitia ex necessitate colligatur. Repugnat est, quod cum re cuius repugnat, haerere nunquam potest, ut nocendi libido iustitia repugnat: nunquam enim amicus ei nocere cupit, quem amat. Notandum est, cum dicatur in antecedentibus, consequentibus, et repugnantibus, argumentum necessarium esse, id in pronunciatis connexis intelligere oportet: ut si homo est animal est, homo antecedens est, et animal consequens, homine posito, animal sequi necesse est.

*Locus ex antecedentibus, consequentibus, et repugnantibus est proprius dialecticorum. ibidem.*

Id non ita accipendum est, ut locus ex antecedentibus, consequentibus, et repugnantibus ad solos dialepticos pertineat. Nam inquis Cicero in topicis, loci omnes omnium disputacionum sunt communes: quo sit ut non dialepticorum modus, sed oratorum quoque et iurisconsultorum hic locus esse videatur.

*Locus ex antecedentibus, consequentibus, et repugnatiibus, reperiendi argumenti simplex est, tractandi triplex. ibid.*

Locus antecedentium, consequentiū, et repugnantium dicitur unus invenzione, quia sive ab antecedentibus sive à consequentibus, sive à repugnantibus arguenteris, idem efficit, idem probas, idem collige, eademque est in his omnibus conclusio: Tractatione vero dicitur triplex, quia dispositio et elocutio propositionum in his tripliciter est: ut si ab antecedentibus argumentari volis accipidiū est pronunciā cōnexū loco propositionis, acinde in assumptione pars prior affirmati connexi affirmanda est. Ut posterior in conclusione probetur, exempli gratia. Si omne argentum mulier legatum est, signata pecunia legata est: atqui omne argentum legatum est, igitur pecunia signata legata est. Quando autem à consequentibus aliquid probas, pronunciatum connexum per contrapositionem convertendum est, quod si ita dispositum sit, propositionis loco dicatur: deinde in assumptione contradicens pars posterioris accipendum est, ut prioris partis oppositum sequatur, ut si pecunia signata non est legata, non omne argentum est legatum, atqui omne argentum legatum est, igitur signata pecunia legata est. Denique à repugnantibus argumentaberis, si hinc pronunciatio duplice negationem addideris, quod est, si omne argentum legatum est, signata pecunia legata est: adde negationem unam posteriori pari, et dic: si omne argentum legatum est, pecunia signata legata non est: quod certè repugnat. Quare alteram quoque negationem toti pronunciatio prepone, ut verum pronunciatum habeas hoc modo. Non si omne argentum legatum est, pecunia signata legata non est, et sit hec argumentationis proposicio. Deinde in assumptione partem priorem huius.

# P. SAINCT FLEVR

proposito omni affirmo, ut posteriori parte contradicimus concordatius hoc verbo. Non si omne argumentum legatum est, pecunia figura legata est non est, atque omnis argumentum legatum est, igitur figura pecunia legata est. Ex superiusnotum exempli appareat hunc locum antecedentium, consequentium, & repugnantium esse argumentum unius, argumentationis triplicis. Nam cum argumentum sententiae sit ex materia, ex causa, & ratione argumentationis: Argumentatio vero forma, nec non suum argumentum per se positiones, in aliis exemplis idem est sensus, materia eadem, ex idem effectu, ex dispositio, ex explicatio varia est. Quod autem vis eadem sit ostenditur. Tunc enim formam argumentationis hac est materia, ex sensu. Cui omni argumentum legatum est triplex figura prima legata est, verum haec una materia triplicem formam recipit, ita tamen, ut idem semper significatur, ex se eadem formarum omnium conclusio. Quapropter apertum est Rodolphus Agricolam non recte discisse cap. 21. l. 1. de inventione, qui antecedentia, consequentia, & repugnantia sicut a Cicero in Topicis sunt exposita, non esse inventio sunt, sed indicio tantum dixit, cum utriusque ex inventio, & indicio idem fecerit. Inventio quidem. Nam Cicero locum hunc reperiendi argumenti simplicem tradidit, indicio vero, quia tractatione triplicem esse voluit, cum unius, ex eiusdem sententiae triplice dispositionem faciat.

*Repugnantia est rerum per se disjunctens habitudo, qua sit ut alterum dici id esse quod alterum non posset. Rodol.*

*cap. 26. l. 1. de inventione.*

Repugnantia sunt, que pugnant unum unum proxime: sic ut neque alterum de altero, neque ambo de tertio dici possunt. Hac & opposita dici solent. Boetius ita finit, opposita sunt, que in eodem, secundum idem, in eodem tempore, circa unam etiamque rem simul esse non possunt, vel calidum, & frigidum. Neque enim aqua potest uno eodemque tempore simul & calida esse, & frigida. Notandum est repugnatio per se hoc est per substantiam suam distidere a se invicem, ut homo & irrationalis repugnat, quoniam rationale, quod repugnat irrationali in substantia est hominum: ergo homo per se hoc est per substantiam suam ab irrationali distidet. Id dicitur ex sententia Rodolph. Oppositorum autem quatuor sunt species, relatives opposita, contraria, privatiæ opposita, & contradictientia. Vide Aristotelem in Catego. cap. de contrariis.

*Ad aliquid, quæ ex relata dicuntur, ea sunt, quæ secundum hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. Ibidem.*

Ut seruus domini dicatur seruus: ex dominus serui dominus: quæ dicuntur relatives opposita, neque in idem subiectum respectu eiusdem cadunt, ut cuius es filius eiusdem non potest esse pater. Notandum est relatorum unum unum tantum opponi, id de speciali, non de numerali unitate accipendum est. Ergo ut qui centum habeat filios, tamen quatenus est pater unum tantum (de specie unitate loquitur) opponitur nempe filio: siquidem omnes illi specie idem sunt, & in communione ratione filii conueniunt. A relatives opposita in hunc modum argumentantur. Augustus est Octauij filius, ergo non est eius pater. Illud etiam admonedum, uno relativorum positio, poni & alterum, sed in subiectis diversis, ut pater est, ergo sunt ei liberi.

*Contraria sunt qualitates, quæ non possunt simul in eodem existere. Aristo. cap. de contrariis in categoriis.*

Hinc altero contrariorum affirmatio alterum tollitur: ut aqua calida est, non igitur frigida. Contrariorum etiam contraria sunt consequentia, quod argumentandi genus apud oratores est frequens, ut si subtilitatem fugimus, sapientiam sequatur, & bonitatem si malitiam: hic illud pertinet. Si bonum est non tangere uxorem, malum igitur tangere.

*Primitio est defectus alicuius in eo, quod id natum est habere.* Rodolph. cap. 25. l. 1. de inuent.

*Vt cecitas est defectus visus non in quoniam, neque enim lapis cecus dicitur, sed in eo quod est naturam videre; hinc visus et cecitas sunt priuatiæ opposita, à quibus in hunc modum argumentamur. Cecus est, ergo non videt; Bresiter, horum altero posito, et affirmato alterum talitur, sicut in ceteris pugnantibus. Bonum in columnis acies, misera igitur cecitas.*

*Contradicentia sunt propositionis inter quas nullo modo conuenit. ibidem.*

*Vt Homerus est poëta. Homerus poëta non est. Ex contradicentibus in hunc modum argumentamur. Si vera est proposicio Cicero est eloquens: falsa est illa. Cicero eloquens non est, ad locum pugnantium etiam pertinere diversæ species, et differentiae, in quibus necesse est affirmata una reliqua tolli, viola flos est herba igitur non est, Sic in differentiis humo est rationis particeps, ergo rationis expers non est.*

*Signum est quod ex eo de quo queritur natum sub oculos venit.* Quint. cap. 9. l. 5. inst. orat.

*Vt sanguis ex eade. Signum quoddam est necessarium, quoddam non necessarium, quoddam in contrarium recurrit: ut visus igitur spirat, quoddam non recurrit: ut mens est, ergo fatuus est. Item signum quoddam necessarium, et illud non est argumentum, sed probatio quedam in artificiis. Id intelligendum est de signis ab oratore considerandis, non de mathematicis. Vide Rodolphum cap. 26. l. 1 de inuentione.*

## COMPARATA, SIMILIA.

Cap. 14.



*Comparata sunt, que vel maiora ex minoribus, vel minora ex maioribus vel paria ex paribus credibilia probant.* Quint. l. 5. inst. orat.

*Maiora hic sumuntur ut Cicero in partitionibus, non pro granioribus, aut difficilioribus sed magis conuenientibus: eodem modo que pariter vel ex equo conuenire possunt, vel contra. Primum ergo argumentum erit ex maiore semper in negantem partem: ut, ne quidem in fratrem contumeliosus fuit, multo igitur minus in patrem. Regula est si quod magis consentaneo poterat, auferetur, quod minus auferetur. Ex minore semper in partem affirmantem: Orestes matrem suam interfecit, ergo multo magis occidisset censem. Regula, si occidisse patrem, quod minus conueniebat, attribubitur, multo magis ei tribuitur, quod magis conuenire potest nempe ciuem suum occidere. Praeterea argumentum ex pari ducetur nunc in affirmantem partem, nunc in negantem: In affirmantem hoc modo. Horatius sororem occidit, non igitur fratrem occidere poterat.*

*Similitudo est rerum differentium eadem qualitas.* ibidem.

*Duplex, inquit Cicero in Topicis est similitudo. Altera ex acerbo similiūm particularium, quibus ad unum aliquod uniuersum peruenimus, quam argumentationem inductionem vocamus; altera cùm unum vni opponitur, par pari confertur.* Quint. l. 5. inst. orat. *Similitudine ad exemplum refert, ut si unum quodque membrum hinc sensum haberet, ut posse se valere putaret, si proximi membra: valetudinem ad se traduxisset, debilitari, et interire totum*

# P. SAINCT FLEVR

corpus necesse est: si si quisquis nostrum ad se rapidi commoda aliorum detrahitque  
quod calque possit emolumenem sui gratia faciat hominum et communium incurritatur, necesse  
est. Non enim videtur alienum argumentum omnibus exemplo esse a simili posse. Superior  
Scipio magno et arduo praelio cum in Hispania superasse Cartaginenses, Triumplum non  
postulare, quia consilii non erat, ergo non l'empire triumplum ducere debet, licet Fabium  
Rullum, duum pro quoque ex libertate genitus, a senatu amoveret. Notandum est similitudinem  
ut dixi in preceptione esse circa qualitatem, comparationem vero circa quantitatem. Vide  
Rodolph. cap. 2. l. 1 de Inventione.

## TESTIMONIA, AVTHORITAS, QVÆ- sio sive tormentum, præjudicia.

Cap. 15.



*Estimonia propria causæ sunt. Quint. cap. 11.  
lib. 3 inst. orat.*

Testimonia enim per se sine oratoris artificio cause fidem faciunt, nec dicuntur  
vocem spetant, cum etiam tacent oratore etiam siepe peragantur, et indices  
ipsi sibi per ea suæ oculis auribusque fidem faciant.

*T estimonia à re longè disiuncta sunt. Cicero in Top.*

At, inquis, Rodolph. cap. 2. l. 1. de invent. necesse est omnia que pro re quaque vel contra  
rem dicuntur, esse quadam natura societate coniuncta: disiuncta esse testimonia, et coniuncta  
repugnat. Dicendum est omnia que probandis aliis conuenienter consentire proposito, nec ab  
eo discrepare. At in hac preceptione disiuncta sumuntur non pro dissentaneis, aut à presen-  
ti questione discrepantibus, sed pro rematis ab arte, et in eo de quo queritur non inclusis, ve-  
rum ab arte separatis.

*Duo sunt testimoniorū genera, diuinum et humanum.  
Idem in partitio.*

Cum duplex sit testimonium diuinum, et humanum, diuinum est, cuius principium Deus;  
humanum vero, cuius principium, et causa homo est. Diuinum cōtinet oracula, deorum voces,  
auspicia, dissinationes, ex inspectione aurum, vaticinationes vatum, responsa sacerdotum,  
qua ex libris Sybillinis, ac diuinis desumptis, de religionibus et sacrificiis institundis, de-  
dis placandi. Ceterum responsa sunt sacerdotum, non quatenus sunt homines, sed quatenus  
in eorum manus erant depositi libri diuinii. Aruspicia, aruspices olim diuinabant, ab extorum  
aut intēsimorum cognitione: si color intestinorum fuisse niger, malum erat omen: si candi-  
dis solitus, humanum autoritatem, voluntatem, rationem, aut liberam aut expressam, ad quod  
pathos promissa, invata, qua sita continet: ad quod referuntur Chirographia, stipulationes, com-  
mentaria, edicta senatus consulta, de quibus notabis apud Ciceronem in partitionibus, et  
Quintil. in quinto inst. orato.

*Authoritas pondus habet in rebus. ibidem.*

Authoritas est probati artificis, ubi sunt tamen rationes, his uti maioris est artificij, quam  
authoritate. Vide Ciceronem l. 1. de natura deorum. Ibi reprehendit morem Pythagoricorum,  
qui putant se satisficisse questionibus dicendo ipse dixit.

*Questio ad veritatem eruendam valeat. Vulpianus.*

Questio hie sumitur pro tormento corporis, et dolore, ad extorquendam veritatem à ma-

lis & sceleris hominibus cui nō semper est credendum. Vide Valerii Maximum libri quinti, capitulo 8.

*Praejudicia sunt loci assumpti. Quint. cap. i. lib. 5. insti. orato.*

Propter ea quod ipsa prejudicia arte carent, & summis eloquentie viribus sunt confirmata. Prejudiciorum autem via in tribus generibus posita est, rebus, que ex paribus causis inducuntur sunt, aut cum de eadem causa pronunciatum est, aut auctorum incusanda negligentia.

## LOCI PERSONARVM.

Cap. 16.

 *Oci personarum sunt, patria & natio, sexus, parentes vel genus, ingenium seu indoles, educatione & disciplina, mores, res gestae, vita genus, professio, atque officium, Aetas, mors, opinio secuta post mortem. Quint. cap. 10. l. 5. inst. orat.*

Quoniam sui cuique genti ac nationi mores sunt, nec idem in Barbaro Greco Romano probabile est à natione sic argumentari licet, testes sunt greci ergo sunt leues: A patria Romanus sum ergo non sum flagris cadens. A sexu Iuno apud Virgi. duo dū feminā unā dolo viciſſis, quid est ergo cur gloriemini. A parētibus, hic est optimis & probatissimis parentibus natus, ergo in eū non cadit tale facinus. Eodem modo à genere. Nunquā ex male patre bonus filius. Ab indole, est in hoc puer egredia quædā & præclaræ indoles virtutis, ergo spes est fore, ut in virū prouī euadat. Ab educatione & disciplina. Athanasius est ab episcopo viro p̄ierissimo educatus, ergo euadet in virū præst̄tūcib⁹ cōfūctudo studia, & cōmerciū pertinet. A moribus semel malus, semper presumitur malus; quia mali mores sunt iudicis praui animi. A reb⁹ gestis ut pro legi Ma. Cice loquēs de Pom. idoneo. A vita genere, professione, & officio. Christianus es, igitur iniuria acceptū aquo animo feres: Presul es, fac ante omni. a viri sis bonus quo melior tuo exēplo ceteros reddas. Ab etate, Calius iuuenis es, igitur ei ignoscēdū es. A morte, hic pro patria mortem oppetere non dubitauit, ergo iam cōpotem esse ēternā felicitati creditum est. Ab occasione post mortem. Cicero ad Quintum fratrem. Non est enim in his solis utēdū astitit nos ac iudicis: qui nunc sunt hominum: sed hi etiam qui futuri sunt. Quāquam illorum erit verius iudicium obtreclatione, & malevolentiam liberatum, hinc morte Tyberij populus Romanus est letatus, ergo malus erat. Notam am est hos locos personarum nō solum ad ciuilis causas, sed ad epistolās laudatorias, & adhortatorias pertinere.

## ELOQVVTIO, TROPVS, FIGVRA.

Cap. 17.

 *Loquutio verborum est, & sententiarum ad inventionem accommodatio. Cicero l. 1. de invent.*

Eloquentio in duobus posita est, in idoneis verbis felicet, & in sententiis, ne in verbis singulis barbarismus, ne in pluribus Solocētismus existat, deinde siue verba, siue sententias competenter inventionibus dispositas applicemus.

P. SAINCT FLEVR

Eloqui est in verbis, idem in part.

Eloquentio proprie est verborum, verba enim proferuntur non res.

Eloquutionis duo sunt genera, Vnum sua sponte fuisse, alterum versum, et mutatum, ibidem.

Genus eloquutionis sua sponte fuisse dicitur, quod naturali quodam impetu fluit, et emat, ut cum dicitur rhetorica est bene dicendi scientia: Versum et mutatum erit, si pars sum versus exindeque dicatur ad hunc modum, scientia bene dicendi est Rhetorica. Versum autem tropum, mutatum vero figurum.

Prima vis eloquutionis est in simplicibus verbis, altera in coniunctis tota perspicitur, ibidem.

Primam genus eloquutionis nempē versum ac mutatum est in simplicibus verbis, vel coniunctis. Simplicia, voco ut homo, Socrates. Coniuncta ut Socrates philosophatur. Et simplicia verba aut nativa sunt, que significata sunt sensu, aut reperta. Nativa dicuntur, que à grammaticis vocantur primitiva, ut ager. Reperta vero derivativa ut agricola ab agro.

Eloquutionis duas sunt species, Tropus et figura. Tal. in Retho.

Ornari, inquit Cicero in Bruto, Graci putant, si verborum immutationibus utantur (quas appellant τρόποις) et sententiarum orationisque formis, que vocant εχήμετα.

Tropus est eloquutio, qua propria significatio verbi in aliā mutatur. ibidem.

Tropus enim dicitur à verbo τρέπω, id est muto. Cuius quatuor sunt genera, Metonimia, Ironia, Metaphora, Synecdoche.

Metonimia est cum ex causis effecta significamus. ibide.

Vt cum inventorem pro re inventa sumimus, veluti Martem pro bello. Quos amissimus ciues (inquit Cicero pro Marcello) eos martis vis perculit, non ira victorie.

Metonimia est cum ex effectis cause significantur. ibide.

Vt quam acerba, quam formidolosa (inquit Cicero. I. agric.) quamque nosa concursatio Decennialis futura sit non videtis? ut concursatio dicatur acerba, quia dolorem, formidolosa quia formidinem; nosa, quia quemadmodum allatura sit.

Metonimia est cum nomen proprium rei subiectae ad significandam rem adiunctam traducitur. ibidem.

Vt cum ponitur continens pro re contenta, queque erant, inquit Cicero in Bruto, propria cum praestantis in repub. viris tam benè morata et benè constituta ciuitatis, ex bene autem morata ciuitate bene moratos intelligit ciues.

Metonimia est cum ex adiunctis res subiectas intelligimus. ibidem.

omina virtutum ipsarum pro viris bonis, et vitiorum pro malis, et multorum alias, ut pro personis quibus adiuncte sunt, usurpanter veluti, Quae res luxurias (inquit

Cicer. 1. catil. in verteris) ex flagitate, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in consumptis officiis ponitur, ex omnibus scilicet uno pretore per itemum peritissima luxurias pro luxurio ponuntur, crudelitas pro crudelit., auaritia pro auarita, si perbia pro superbo.

*Ironia est dicere, quod quis non dicere simulat: aut in contrariis nominibus res appellare.* ibidem.

Prioris modi formula: talis est. Neque dicendum esse arbitror eos, qui bene se meritos esse predicant, videlicet cunctam multum malam officia: nos autem quos isti ingratios aiunt, & illi auxilium sepe tulisse, & nemini iniuriam fecisse. Cum igitur per simulationem preteritus non loquens aliquis breviter admonet, talis est ironiae formula. In contrario autem nominibus res appellare licebit ad hunc modum hi quidem viri boni socios male declarant: nos vero ignavii beneficiorum in eos autores sumus.

*Metaphora dicitur ex simili significans simile.* ibidem.

Vt lumen in sole proprium est, lumen ingenii per similitudinem illuc translatum: Cicer. in somnio Scipionis. Hic tu ostendas oportet patria, lumen animis ingenii consiliique trahit. Aut metaphorae ex elementis, ex igne: ut natura nobis partus igniculus dedit: ex aeris affectionibus: Virgilius 4. Aeneidos, Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat. hoc verbum (serenat) ab aeri puritate, & claritate ad letitiam vultus translatum est. Denique ut summum complectatur, quod per species omnes enumerare infinitum esse, translatio ex singulis rerum generibus gratiam, & ornatum petit, quod omnia penè nomina propriæ rebus accommodata in aliam significationem vicinam, & similem, decoris & elegantie gratia transfigri possunt.

*Catacreesis est verborum abusio, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est.* ibidem.

Vt parricida, pro interfectori est catacreesis, & synecdoche, quia species pro genere ponitur, qui duo tropi ad metaphoram reuocantur.

*Allegoria ex multis verbis translatis constat.* ibidem.

Vt, Horat. I. Oda. ò nauis referent in mare nauis fluctus, ò quid agit fortius occupa portum, Ibi nauis sumitur pro repub. Fluctus pro bellis civilibus, portus pro pace, & concordia. Hic tropus sub metaphorâ continetur.

*Ænigma est obscura quædam allegoria.* ibidem.

Vt cum dicimus iniuriam pati pro inferre.

*Hyperbole est, cum quid excedens fidem proponitur.* ibidem.

Vt apud Virgilium qui candore niues anteirent, cursibus aura. hic tropus ad metaphoram referitur.

*Synecdoche est cum ex parte totū, aut ex toto pars significatur.* ibidem.

Ex parte totum duobus modis intelligitur, primus: scilicet cum membris pro re integra ponitur, & tecum pro domo. Cicero Phil. 2. ò tecta misera. Secundus modus est cum ex specie significatur genus, ut cum parricida pro interfectori hominum ponitur, Cicero 1. catil. Certè verendum non erat, ne quid hoc parricida ciuium interficio innidie mihi in posteritatem redundaret. Contrà autem totum pro parte dicitur etiam duabus modis, aut enim totum inte-

# P. SAINCT FLEVR

erum pro membro positum est, ut Virgil. 1. AE ncid. pabula gustassen Troie Xanthumque  
bibissent. Xanthum poterat dixit pro aquae parte aliqua Xanthi fluvii, aut ex specie genos, tra-  
cundior Adria, pro quo quis mari dicatur. Bremer dicitur Synedocis cum aliud ex alio intel-  
ligitur, ut vicerunt, pro mortui sunt, exclamavit orator.

*Figura est eloquio, qua oratio à recta & implico con-  
suetudine mutatur ibidem.*

Ut enim dictio alia sit propria, alia est modificata, sic orationū alia recta, alia figurata.

*Figure duo genera sunt, unum λέξεως, alterum διαρθρίας.*

Figura λέξεως nibil aliud est, quām numerus quidam orationis, & modulus id est apta, &  
suam dictiorum conformatio, qua cum delectatione percipitur: de altero, scilicet ore genere postea  
dicimus, numerus efficitur in oratiōne, non partim ex apta, pedis structura, & colligatione, par-  
tim ex suauitate, & modalata vocum inter se consonantium similitudine.

*Certis numeris & pedibus vivit orator. Cicero 1. de o-  
ratore ad Quintum fratrem.*

Ut Cicero preferat in initio periodi, & orationum, ut pro Cluentio, anapesto usus est.  
Animaduertit iudices. Nonnunquam dactylo, ut principio generi animantium, in officiis.  
Quint, etiā l. 6. inf. orat. cap. 2. putat initio accommodatum Creticum, quo usus est Cicero  
Philip. 5. Adiulabat. In fine periodi Arist. l. 3. Rhetor p̄iana probat, constat tribus brevi-  
bus & longa, ut temeritas.

*Epizeuxis est subinēctio eiusdem scilicet verbi, sine ali-  
qua interstitione, maioris vehemētiae gratia. Ibidem.*

vt meme adsum, qui feci.

*Anadiplosis est repetitio eiusdem dictionis in fine pre-  
cedentis, & initio sequentis versus. ibidem.*

Ut Virgil. AEgloga 10. Pierides vos hac facies maxima Gallo, Gallo eius amor tantum  
mihi crescit in horas.

*Homæoteleuton quum similiter vel dictiones, vel sen-  
tentie finiuntur. ibidem.*

Ut Cicero de Rospi. Arusp. ut Publ. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiūque  
Carthaginis, qui illam à multis imperatoribus obsecram, oppugnatam, labefaciātiā, penē ca-  
piam, aliquando quasi fatali cunctu solus euerit.

*Anaphora, relatio, numerus est, quo sonus idem in prin-  
cipiō auditur, vel incisorum, vel membrorum, vel perio-  
dore. & Ibidem.*

in principiis quidem incisorū spectatur anaphora: ut Cicero pro Quintio. Quid hæc amē-  
tia, quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat? non vim? non seclusus? non la-  
trociniū. In iunctis membroruū reperitur. Cicero pro Cluentio, Legum magistri magistratus.

*Legum interpres iudicet. Legum denique idcirco serni sumus, ut. Veri esse possumus. In principio enim per orationem Cicero pro sexto Roſcio. Accusant q̄, qui in fortunas huius suae rūt causam dicitur, cui nihil preter calamitatem reliquerunt. Accusant q̄, quibus occidi patrem sexto Roſcio dono fuit, causam dicit q̄, qui etiam ad hoc iudicium præſidio venit &c.*

*Anaphora fit aliquando in diuersis verbis. ibidem.*

*Vt Cicero Agrar. 2. Tamenne vexari Rempub. contemni maiestatem populi Ro. deludi nosmet ipsos diuinus à tribunis plebis patiemini.*

*Epistrophe conuersio numerus est, quo similis dictiōnum sonus s̄p̄ius in eosdem fines conuertitur. ibidem.*

*Vt Cicero in Verr. Atque illud etiam à te audire cupio, quare cum ego legem de ambitu tulerim, ex Senatus consulo tulerim, saluis auspiciis tulerim, salua lege helia, & fufia, tamē esse legem non putes?*

*Epanalepsis est numerus quo sonus idem in principio, & fine percipitur. ibidem.*

*Vt Cicero A.C. 7. Multe & graues dolores inventi parentibus, & propinquis, multi.*

*Epanodos, regressio, numerus est similibus vocibus, vel in principio & medio, vel medio, & clausula resonans. ibid.*

*Vt Cicero pro Plancio, gratiam qui refert, habet: & qui habet in eo quod habet refert.*

*Climax, gradatio, numerus est cum oratio ita progreditur, ut antecedens sequenti loco prius repetatur, quam proximum assumatur. ibidem.*

*Hoc modo si debuisset petuisse statim: si non statim paulo equidem post: si non paulo post aliando.*

*Ille vox maoia ex vocum similiūm collisione gignitur: hæc nominum similitudo multis modis variatur. ibidem.*

*Alias enim nomina primis syllabis inter se consonant, ut Cicero Act. 2. Nam ut apertus fuit in corripiendis pecunias, sic in spe corrumpendi iudicij, alias mediis. Cic. Philipp. 8. Enī cur magister ex oratore orator factus sit: Alias primis & mediis. Cicero pro Quin. qui ab adolescentulo questum sibi instituisset sine impendio, postea quam nescio quid impendit.*

*Polyptoton multitudo casuū varietate distincta. ibidem.*

*Vt AEneidos 4. Littora littoribus contraria, fluctibus undas imprecor, arma armis pugnant ipsique nepotes.*

*Vnum genus figuræ est Διαvoīces. Ibidem.*

*Διαvoīces est confirmatio quedam enuncianda sententie, que in comprehensione orationis cernitur & idcirco mutatis, aut transpositis verbis omnino retineri potest, quod non sicut in figura λέγεται.*

*Optatio versatur in petitione, quia voti cuiusdam petitionem dat. ibidem.*

## P. SAINCT FLEVR

Vt Cicero pro lege Manilia, utrum Quirites virorum foris atque innocentium tam  
captiam habentem, ut hæc deliberatio vobis difficultas esset, quemnam potissimum tanti re-  
bus, ac tanto bello præficiendum petaret.

**Imprecatio est cùm malū aliquod alteri optamus.** ibidē.

Vt Terence in Heaut. ut te quidem dī deaque omnes quantum est Syre, cum istuc inuenio,  
tumque incipio preuidere.

**Salutatio testificatur verbis quandā benevolentia.** ibidē.

Vt Ovidius Fast. Disque petitornum dixit, salutis locorum.

**Deprecatio est cùm potestas, aut nomen, aut auxilium  
alicuius imploratur.** ibidē.

Vt Cicero pro Rabirio, Que cùm ita sint primū quod in tanta dimicatione capiū, fa-  
me, fortunamque omnium fieri necesse est, ab Iove optimo maximo ceterisque diis deabus  
qui immortaliis, quarum ope, & auxilio muliò magis hec respub. quam ratione hominū,  
& consilio gubernatur, pacē, & veniam peto precorque ab iis, &c. Deinde vos quirites, &c.

**Addubitatio præ se fert solliciti hominis, & in esitantis  
affectione.** ibidē.

Vt Cicero pro Rose. Amer. Quid pri- m quæ querar, aut unde potissimum ordiar, aut quod  
aut à quibus auxilium petam? Ceteri ne immortalium? Populine Romani? Vesperanne, qui  
sumnam potestatem habebit hoc tempore fidem implorem.

**Communicatio est cùm aliis quædam consultatio, & de-  
liberatio.** ibidē.

Vt Cicero pro Rabirio, Tu denique Labiene quid faceres tali in re, ac tempore: cùm igna-  
nis ratio te in fugā atque latebras impellret improbitas & furor L. Saturnini in capitolio  
arcesseret, consules ad patriæ salutem ac libertatem vocarent, quam tandem auctoritatem,  
aut quam vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum velles?

**Permissio est cùm alicuius facti licentia datur.** ibidē.

Vt Cicero Agrar. 2. Si quid est, quod indagaris, quanquā iniustum est, tamen consume sanè.

**Concessio in dictis, cùm aliquid damus quod aliis conce-  
di postulat.** ibidē.

Vt Cicero Act. 7. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitorum omnium vitorumque princeps: at  
effloruit imperator.

**Prolepsis est cùm aliqua questio occupatur, eique proti-  
nus responsio subiecta redditur.** ibidē:

Hoc modo Cicero pro lege Manilia. Quid est tam nosum, quam adolescentulum priuatum  
difficili reip. temp. re exercitum conficeret: conficit: huic præfessæ & prafuit: rem optimè du-  
ctu suo gerere gesbit.

**Prosopopœia, personarum fictio, nimirum quum rebus  
mutis sermo tribuitur.** ibidē.

Vt Cicero in Catilinam patris sermonem accommodat.

*Dialogismus*

*Dialogismus si quium quis secum disputat, inquirit que  
quid agat, vel quid agendum putet. ibidem.*

*Vt apud Virgilium, En quid ego, rursum ne procos irrisa priores experiar?*

*Digressio à re proposita in aliam rem, non tamen prorsus  
alienam abruptio. ibidem.*

*Ea interdum elongior, vt Cicero actione sexta in Verrem comparatione Marcelli fuit  
verius exagerata: unius etiam urbis omnium pulcherrima atque ornatisima Siracusarum di-  
rectionem commemorabo etc. Brevis digressio est: ut parenthesi, id est brevis sententia in  
continua oratione interiecit.*

*Auersio, cùm oratio à persona detorquetur ad aliam,  
qua ex conditione personarum varie distingui potest. ibid.*

*Alias enim sit ad humanam personam, Virg. quis te magne Cato tacitum, aut te Cossi re-  
linquat: ab hominibus ad deos ut Cicero 1. Catil. Hisce omnibus cum summa reip. salute cùs  
th. peste etc. tum tu Iupiter qui iisdem quibus hec urbs auspiciis etc. alias ad rem mutam,  
et inanimatam, velut ad personam oratio transfertur. Cicero pro Milone, religiones meher-  
eule ipsa arej. etc. Interdum vero ad incertam personam nos conuertimus. Virgil. Quis  
morere ut merita es? ferroque auerte dolorem etc.*

*Reticentia abruptio, qua pars aliqua sententiae reticetur,  
Oratio quasi abrumpitur. ibidem.*

*Vt Cicero, An ille huius legis, quam Clodius à se inuenit gloriatus, est mentionē facere ausus  
esset viuo Mil. ne dicam consule de nostrum enim omnium causa nō audeo totum dicere.*

*Correctio propositae sententiae reprehēsio, & emendatio. ibid.*

*Vt, Cicero 2. offi. Italiam ornare, quam domum suam maluit: quanquam Italia ornata,  
domus ipsa mihi videtur ornatio: hic pertinet revocatio suisipsius: ut Cicero actio. 7. Sed  
quid ego his testibus vtor.*

*Exclamatio orationis elatio, & cōtēcio ad augēdū reper-  
ta, que persēpe declaratur his particulis, o, heu, eheu. ibid.*

*Vt Cicero, O dī immortales! ubinam gentium sumus? pertinet etiam huc que finitima est  
excratia, licet cum optatione permixta sit, ut dī te perdant. Species est epiphonema. Virg.  
Tante molis erat Romanam condere gentem.*

*Sustentatio suspensio, cùm res magna dicitur, & modo  
maiō, & modo minor. ibidem.*

*Vt Cicero 7. act. de seruis Leonide.*

*Licentia, qua quis prae se fert audaciam dicendi, quod  
periculōsum dictu videbatur: interimque velut proœmiū  
præcedit attentionis gratia. ibidem.*

*Vt, Cicero pro Ligario, Vide non reformidem, vide quanta lux liberalitati, ex sapientia  
tue, mihi apud te docendi aboriatur, &c.*

P. SAINCT FLEVR  
DISPOSITIO, MEMORIA,  
Pronuntiatio. Cap. 18.



*Dispositio ad inventionem refertur. Cic. in partit.  
et si autem dispositio rerum inventarum (inquit Cicero l. 1. de invent.) in ordinem collocatio.*

*Dispositio est orationi necessaria. Ibidem.*

*Vt in exercitu non parvus resert que sit militum collocatio, qui nam in acie constituantur, que non principia, qui in utroque cornu, ne se scilicet cum pedibus permiscantur, sint inven-  
tum nocturno; ita in oratione debet esse magna cura economie, et collocationis, sed quan-  
titatis et priores et posteriores verbo, sic verum potius erit collocatio. Ex rerum collocatione  
nascitur grata perspicuitas, ex verborum dispositione et structura numerus, et musica; ca-  
wendum tamen ut id fiat nimium anxie et operose.*

*Res et verba collocanda sunt. ibidem.*

*Collocatio est propria rerum quamvis verba etiam dicantur collocari, hoc est eligi, et con-  
sterni in dicendo: eliguntur enim grauiora, leuiora, significantiora; construantur apta et bene-  
coherantia.*

*Præcepta dispositionis non sunt perpetua. ibidem.*

*Præcepta collocationis circumstantiis se numero mutantur. Vide Quint. cap. 9. l. 1. inst. etat. Heren. l. 3. et Redolph. l. 3. de dispositione.*

*Pronunciatio sive actio est ex rerum et verborum dignitate vocis, et corporis moderatio. ibidem.*

*Rem enim magnam dicturus, pompam corporis perpendas, et vocis, ut rem humilem dictu-  
rus haec adem moderatus esentes. Itaque pronunciatio in duobus est in voce, et corpore, cor-  
pus vero dicitur motus sui, et vulnus, que scilicet ad negotium composito saepe rebus ad-  
dimus, atque derahimus dignitatem.*

*Pronunciatio voce, vultu, motu, gestuque corporis constat. ibidem.*

*Vox ferè tragorum in oratore esse debet, de vultu vero, qui est oratori desideradus Ho-  
ratium l. 1. de arte poetica, assiduas licet. Vultum verba decent, stratum plena minorum. Laudē-  
tem lascivam: feruum seria dicta: gestus quoque summorum actionum in oratore ferè est requi-  
rendus, motus est corporis vel in toto vel in partibus, ut capite, humeris, brachii, manibus,  
pellere, lateribus, pedibus. Vide Quint. l. 11. inst. orat. cap. 3.*

*Vna in dicendo pronunciatio dominatur. Cicero lib. 3. de  
oratore in Bruto.*

*Demosthenes enim interrogatus quam artis dicendi partem potiorem iudicare. sepius pro-  
nunciationem respondit.*

*Memoria rerum omnium custos est. ibidem.*

*Nam cum omnia insenisti, dispositi, eloquutus es, gestum, vultu, motuque corporis (que  
actiones seu pronunciationis sunt partes) obseruasti: tandem earum omnium rerum thesaurum.  
(orationem pronunciationis) memoria quasi custodi committere debes.*

*Est memoria duplex, artificiosa & naturalis. Quintil.  
cap. 11. l. 11. instit. orat. & Herenn. lib. 3.*

Memoria naturalis est in posteriore cerebri ventriculo posita, ex talis non cadit in praecipuum. Artificiosa vero memoria, inquit Cicero in part. confitat locis, & imaginibus, ut si memoria mee diffiderem, dicturus de fortitudine, temperantia, animi celsitudine, in tabulis, aut pugilaribus aliquius viri fortu faciem, ut Hectorus, & temperantis, ut Masinissa Numidie imperatoris inscriberem, qua inspecta, dicendorum memor efficeret. Quod si tabula deessent, illos in certa aula loca stantes mente, & cogitatione conciperem. Negat tamen Quintilius l. 11. instit. orat. cap. 2. memoriam artificiam esse oratori utillem. A. i. s. f. i. m. que memoria, in sola ponit exercitatione.

## ORATIO, ET EIVS PARTES. Cap. 19.



*Vatuor sunt partes orationis, exordium, narratio, confirmatio, & peroratio. Cicero in partit.  
& Quint. l. 4. instit. orat.*

At Cicero l. 1. de invent. & l. 1 ad Herennium sex orationis partes ponit in numero, exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, refutationem, & complexione. Aristoteles vero in Rhetorica pauciores facit propositionem, & confirmationem. Alijs sibi persuadent orationem interdum unica parte contentam, perpetua, & continuata rei susceptione: nam possumus aliquando eo modo rem expondere, & ita clare, & perspicue, ut dictorum, & expositorum epilogum, auditorum animus non requireat. Alij vero quinque tantum constituant exordium, narrationem, confirmationem, refutationem, & epilogum. Dicendum est sex orationis partes constituisse ratione materie, que nonnunquam sic ampla est, secunda, abundans, & copiosa ut iis omnibus partibus tractari ipsa debeat: Si quam istarum tollas fieri fortassis magno, & ingenti cause dispendo: Quando vero alibi quatuor cum Quintil. facit rationem habet frequentioris usus: Nam ferè sit, ut ad materiam à nobis in oratione suscepimus ad exitum usque deducendum, sufficiente haec quatuor partes, vel tritum illud rhetoricum iter ingressus, dixeris alias partes esse minores, alias esse maiores, frequentiores, & visitatores in causis, que solum in parti: nibus à Cicerone numerantur solent. Quantum vero ad Aristotelis sententiam circa parium numerum attinet, Aristotelem dico Ciceroni, & Quintilianum pro diversitate tempore dissentire: duas tantum, nullis subalternis intermixta propositionem in locum narrationis accidentem, & affirmationem fecit, sed veteri Areopagitarum astrictus lege: Apud qu: per praeconem prohibitum erat, ne quis affectibus uteretur. Nam horum beneficio frequenter oratores, à vera iudicandi ratione indices desfectebant. Itaque huius temporis ratione habens Aristoteles scilicet exordium, & epilogum, quod ipsa sine propria affectu domicilia. Quod si rationem queras quare potius propositionem, quam narrationem suppresserit, hanc tantum dicam, quod narratio digressionem, & amplificationem recedit, in quibus latitant affectus. Notandum est partitionem non esse orationis partem, sed partem eius orationis parti in qua sit, ut si sit in exordio erit pars exordij, si in narratione erit pars narrationis. Idem de propositione & digressione est iudicandum.

*Exordium prius est narratione, narratio vero confirmatione prior, & confirmatio epilogi. ibidem.*

# P. SAINCT FLEVR

Quoniam est ratione & natura accommodatio, ut prius quam easam aliquam agamus, cuius locum bennucentiam, facilitatem, & uitationem conciliemus: deinceps rem ipsam partem, & non ea conformem, ac hoc deinceps conclusam, itaque exordium est prius partem, &c. ordinem naturae.

*Partes orationis in diversis locis adiuuantur, partim proprijs, partim communib[us] idem in Topicis.*

Loci communi sunt q[uod] de quibus diximus superioribus capitibus, & talibus aliquando possumus ut in partibus orationis, alij vero loci sunt proprij: quod sunt peculiares alicui certae partis orationis, ut in principio, quibus ut bennuolū, ut dociles, ut attentes sīnt, qui audiunt efficiētū sī propriis locis. Itemque narrationes ut ad suos fines spectent, id est ut plane sit, ut breves, ut evidentes, ut credibiles, ut moderate, ut cum dignitate, que quanquam intata narrantur esse debent, magis tamen sunt propria narrandi. Que autem consequitur narrationem fides, et persuadendo quoniam efficitur, qui ad persuadendum loci maxime valent. Peroratio autem ex alia quedam habet, & maxime amplificationē, cuius affectus hic debet esse, ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur. Et si ita iam affecti sunt amē, ut augent eorum motus, aut sedet oratio.

*Doctrina dicendi distribuitur in orationem. idē in part.*

Duplex est significatio vocabuli orationis. Una, qua oratio dicitur dictio oratoris ex arte confecta, et opus artificis, altera, qua est pars Rhetoricae de legibus principijs, narrationis, confirmationis, et perorationis de ea intelligitur hac præceptio.

*In rebus et verbis est omnia oratio. Quint. cap. 5. lib. 3. inst. orat.*

At Cicero in partitionibus res, et verba subiecit vi oratoris. Quoniam oratoris est inuenire, disponere, eloqui, memoria tenere, pronunciare: his autem partibus solum res et verba tractantur: necesse est igitur in hac duo cadere vim oratoris: que cum fuerint inuenta, suisque partibus descripta, component orationem: ac sic orationis erunt: in iis itaque est vis oratoris ut causa efficiens, oratio sicut effectum.

*Orationum alia est concisa, alia perpetua. idem cap. 21. l. 2. inst. orato.*

Perpetua enim est oratio, quam unus totam sine alterius interpellatione dicit, ut sunt ferme omnes orationes Ciceronis: Concisa vero dicitur qua alterius sermone interrumptur sic ut modò hic modo ille per vices, inquam, rterque loquatur: quales sunt altercationes umbras, et dialecticorum disputationes, alternantia scholasticorum certamina, dialogi, nec non sermo, qui inter duos vel plures suscipitur.

**EXORDIUM, INSINVATIO, PRINCIPIUM,** benevolentia, attitudo, docilitas, quinque causarum genera. Cap. 20.



Xordiū est oratio animū auditoris idoneè comparās ad reliquā dictionē: quod eueniet, si ē benevolū, attentū, docilē fecerit. Cicero l. 1. de inuēt.

*Exordium est oratio (que quicunque oratio generis nomen in hac definitione praesertim) comparata animum auditorum ad reliquam dictionem; quibus exordium ab epilogis distinguuntur, quia propter epilogos nulla alia pars orationis eo inferior posse inueniri. Quae omnia in exordio contingunt si auditorem benevolum, attentum & docilem fecerimus, id orator in exercitu sui fabi proponit.*

### *Exordij duæ sunt partes principiū, & insinuatio ibidē.*

*Principiū mēst exordium perspicue & protinus perficiens auditorem benevolū, aut attentum, aut docilem. Insinuatio vero exordium est qua tam dissimulatione obscurè subiens auditōrum animum.*

### *Exordium valet ad permouēdos animos. Idem in part.*

*In exordio affectus est mitior, tranquilliorque & ira valet quodammodo ad permouēdos animos auditorum; in conclusione autem affectus est vehementior, & rapidior.*

*Qui benē causam exordiri volet eum necesse est genus causa sua, quod vel honestum, vel admirabile, vel humile, vel anceps, vel obscurum est. Idem l. i. de inuent.*

*Honestum: cuius genus est cui statim sine oratione nostra auditoris animus faret; Admirabile est à quo alienatus est animus, eorum qui audituri sum, id de animis iudicium intelligendum est quorum quidem iudicium animus est faciendus benevolus. Anceps benevolentiam & attentionem parit, quia in eo causa honestatis & turpitudinis pariceps est: Obscurum dicitur, quia causa est difficultoribus ad cognoscendum negotiis implicita. De turpi non est admodū attendēdum, quod non idem reclamē dici posse videtur. Humili genere attēto paratur. Itaque quinque sunt genera causarum necessaria exordio, quod omnis causa orationis, in aliquod horum causa generum cadit. In singulis his generibus exordiuntur nonnunquam oratores per principium, nonnunquam per insinuationem.*

### *Danda est opera ne exordium sit vulgare, commune, cōmutabile, longū, separatum, & cōtra præcepta. idē in part.*

*Vulgare erit exordium, si pluribus controversiis accommodari poterit: commune, nihil minus in hanc, quam in contrariam causam partem conuersi poterit. Commutabile, si ab aduersario leuiter mutatum, aduersarij partibus accommodari videatur. Longum erit, si pluribus verbis, & sententiis prodicatur, quam par sit. Separatum, si non ex causa ductum videatur. Contra præcepta, si neque benevolium, attentum, aut docilem auditorem reddiderit.*

*Benevolentia quatuor modis comparatur à nostra persona, ab aduersario, à persona iudicū, & à re ipsa. Idem l. i. de inuent. & Quint. cap. i. l. 4. inst. orat.*

*Primum à persona nostra conciliatur, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus. Terentius in Andria, Ego postquam te emi à parvulo, ut semper tibi apud me iusta, & clementer seruitur, scis feci ut ē seruo esses libertus mihi, propterea quod seruibus liberaliter: quod habui summum præmium perfolui tibi: Ab aduersarij persona, si eos inodium, in contemptu adducemus. Hic benevolentiam Cicero captat in prefatione ad Herennium: Quas ob res (inquit) illa quae Gracis scriptores inanis arrogantie causa sibi assūmserunt, reliquimus. Nam illi ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt, quæ nihil ad propositum attinebant, ut ars difficultor cogniti putaretur, &c. Ab auditorum persona, si illos aut illorum dicta, aut gesta laudabimus, velut apud Terentium in Andria pro-*

# P. SAINCT FLEVR

per te quid seruibus liberaliter. Ceterum in iudiciali genere, ubi maxime ad victoriam tendit oratio, iudicis latus accommodari debet ad cunctatem causae, ut allegemus pro honeste, dignitate illam suam, pro humilibus infirmitate; pro lege scueritatem, pro infelicitibus misericordiam. Idecirco Cicerio Ligarium exalem defendens, et veniam petens, non equitatem, non doctrinam, aut alias doles, sed salutem misericordiam laudas Casaru: nulla de virtutibus tua plurimam nec gratior, nec admirabilior misericordia est, homines enim ad deos nulla re proprio accedunt quam salutem hominibus dando, nihil habet nec fortuna tua maius, quam ut posse nec natura tua melius, quam velut conseruare quam plurimos. A ipsis capitularibus benevolentiam, si causam nostram honestam, et authoritati plenam, adulterari, vel per comparationem turpem, fidem esse dixerimus.

*Docilitas comparatur, si summam causæ breviter expōnemus: vel si dicamus quid, aut quo ordine sumus scriptūri.* Ibidem.

Vt omnes poëta quando proponant, Homerus. Virum dic mihi musa prudentem.

*Docilitas paratur si ante omnia eam partē proponamus quam nobis putamus maximè offeturam.* ibidem.

Ouidius in oratione Vlysſis, neque mihi noceat, quod vobis semper Achini profuit ingenio, itaque facundia si qua est, que nunc pro domino, pro vobis sepe locuta est inuidia. Cetera docilitas comparatur, si interdum repetemus, que non satis percipie eos, qui cognoscunt putabimus.

*Attentio sex modis comparatur, primū si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatibus verba facturos.* ibidem.

Quemadmodum Virgil. 4. Georg. protinus aëris mellis &c. Hic poëta scripturus de apibus, gentium mores, studia, populos, atque pralia pollicetur.

*Secundo si rogabimus ut attentè audiant.* ibidem.

Id frequens est apud Ciceronem, in prologu comadiarum. Virgilius in eodem loco. Hanc etiam Mecanias aspicere partem.

*Tertio expectationem, si paululum expectabimus cū gravitate quadam, et scueritate vultus, antequā ordinamur.* ibidem.

Ut apud Ciceronem in oratione Vlysſis, donec laertius heros assitit, atque oculos paulum tollere moratos, suscitare ad proceres, expectatiōque resoluit oratione.

*Quarto si pollicebimur nos dicturos breviter solum ea quæ putabimus quā maximè pertinere ad virilitatem causæ: Quinto si interdū aliquid falsi facetique narrabimus, quod ad audiendum excitet, et à tedium defendat oratio-*

*nē. Sexiō dubitatione, si dubitare nos significabimus quibus potissimum verbis rem tantā exordiamur. ibidem.*

*Vt dictatur ac tam sublimi immensisque & modum omnem cogitationi humanae excedere mysterio, non video quibus verbis, aut qua veneratione ap̄ius rem tantam prosequar. At serio autem inter agendum renorari potest ita, magna sunt haec: sed leuis pre his que nunc dicturus sum: nunc ad ipsum rei capit accedo.*

*Principium est, quando auditores facimus attentos, beneuolos, atque dociles aperie: ibidem.*

*Quale: Et illud apud Ciceronem in Catilinam. Rempub. quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges, liberisque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam, pulcherrimamque urbem, hodierno die deorum immortalium erga vos summo amore, laboribus, consiliis, periculisque meis, ex flamma, atque ferro, ac penè ex fuscis fusi eropiam, & vobis conservatam ac restitutam videatis. Vtrobique aperie, ab officio suo benevolentiam captat.*

*Insinuatio est, quando haec eadem praestamus, hoc est attentos, beneuolos, & dociles facimus, sed occulte, aut lachrymis, aut alia quapiam ratione. ibidem.*

*Nām ab iratis si perspicue pax, & benevolentia petatur, non modo ea non iauenitur, sed augetur atque inflammatur odium. Insinuations exemplum longè elegantissimum est in oratione Ulyssis apud Ouidiū, cuius initium est. Donec laertius heros &c. in ea attentos facit, expectatione: beneuolos lachrymis: dociles diluēdo id quod Ajax de facūdia Græcis persuasit.*

*Tria sunt tēpora, quibus principio uti nō licet, quādō causaturpis est, quādō auditor persuasus est ab his, qui ante cōtra nos dixerūt, & quū idē defessus est eos audiēdo, qui ante dixerūt: quando causa turpis est, vt emur insinuatione, Quū auditor persuasus est ab his qui cōtra nos dixerunt, ordiemur à dicto aduersarij, quod postremo loco dixerit, vel ab eo quod firmissimum sibi adiumentum fore putauerit. ibidem.*

*Vt in Ulyssis oratione. Nequāmī noccat quod vobis semper Achini profuit ingenium, meaque hoc ēndia si qua est, qua nunc pro domino, pro vobis sepe locuta est, insidia cāreat. hoc loco Ulysses orditur ab eo quod aduersarij Ajax patauerat sibi fore fortissimum adiumentum. Quānas audiōr defessus est ordiemur à fabula, apolojo, aut aliquare re, quā tūsum moueat: sic Cicero quām diceret. Vedit generum suum homunculum, pratererūtē magno cinctū gladio, Dij boni inquit, iudices, quis alligauit generum meum gladio? posset, & hoc narrari inter dicendum: Rogāti imperito cuidam oratori num oratio benē morisset ad commiserationem, Catulus respondit. Profecto nemo tam durus fui, cui oratio tua non sis visa mirabilis.*

P. SAINT ELEVR.  
NARRATIO. Cap. 21.



*Narrationis quatuor sunt forma, fabularis, ficti-  
li historica, & civilis. Hermog. in praexercita-  
mentis Rheto.*

Fabularis est ea narratio qua poeta sepius uti consueverunt, mendacio maxime coniuncta, fallitque illa, aut Comici, aut Tragici, uti salem, quam argumentum videntur appellasse, ut so-  
rum falso credantur. Historica tota est veritatis plena. Est enim historia, ut Ciceroni l. 2. ad  
quintum fratrem placet, regis temporum, lux veritatis, vita memoria, magistra vires, nuncia  
veritatis, et de autem historicis narrationibus talis est, ut primum constia, deinde acta, euen-  
tus causa, causamates, ex hominum iudicia narrantur, cuius narratio est, qua ab oratoribus  
in reponendis sumuntur causas.

*Narratio est rerum gestarum, au. vt gestarum expositio.  
Cicero lib. 1. de Inventione, & Quint. cap. 2. l. 4. inst. orat.*

*Narratio est rei facile, aut non facile utilis ad persuadendum expositio.*

*Vita est narrationis species ipsius cause, quin exponimus  
rem gestam, & omnia trahimus ad utilitatem nostram  
vincendi causa, Quintil. l. 4. cap. 2. inst. orator.*

*Id sic quinque modis partitione, preparatione, elevatione, exaggeratione, admonitione: par-  
tito in narratione tedium levat, & dicam iudices, que acta sunt ante rei contractum: que in  
seipsa, item quae posse, & auditis iudices, que acta sunt, ante rei contractum, nunc audie-  
tis, que in se ipsa. Preparatione est quando quicquam addimus de nostro, quod faciat ad uti-  
litatem cause. Vt in oratione pro Ligario: Ligarius profectus est in Aphricam, quum esset ad  
hoc nulla belli suspicio. His cum profectum esse in Aphricam ad veram rei narrationem spe-  
ciat, quod cum nulla suspicio belli fuerit, id Cicero adiecit de suo, id que postea approbavit. Id  
circum narratio propositio est confirmationis: & confirmatio, narrationis probatio. Narratio  
quippe a penultimo ad proponit, que ante sunt narrata. Elenatio est rei vel criminis depres-  
sio sine diminutio: Sic luxuria hilaritatis; auaritia parsimonia: negligentia simplicitatis no-  
mine lenietur. Exaggeratio contraria est elevationi. Admonitio: Cicero. Adhuc Ligarius omni  
culpa vacat. Admetus Cesarem, nondum dictum esse aliquid dignum accusatione. His quin-  
que formis narratio ad victoriam tendit.*

*Altera narrationis species est rerum ad causam perti-  
nentium, quae digressio nuncupatur. Ibidens.*

Ea sit causa transitionis, exornationis, laudationis, criminationis, & descriptionis locorum,  
quam topographiam nuncupant. Transitionis, quo commodius transstamus ad rem aliam, ut  
in l. 1. Metamorph. Ouidius quem narrasset fabulam Daphnes, quo pacto erat mutata in lau-  
rum, uti commode transferret ad Fabulam ius, omnia flumina convenisse memorat ad patrem  
Daphnes consolationis causa preter patrem ius, qui domestico impeditus erat luctu propter  
filiam, que conuersa erat in iuvenam. quod itaque dixit confusisse illuc fluvios, digressio  
est. Que nihil quidem ad institutum, hoc est, rerum metamorphos pertinet, nisi quod fabulae  
connectit. Exornationis ut apud Virg. ubi describit tempestatem, qua coactus est Aeneas in  
Aphricam ire. Laudationis, velut apud Ciceronem pro Corn. Balbo, ubi digreditur ad lau-  
des Pompei. Criminationis, quin aliorum criminis elemamus, quo adversarii videantur grauius.  
Locorum

*Locorum descriptionis, hic Ouidius informarum mutatione describit Parnassum montem, in quo seruaverunt Denalius & Pyrrha, his verbu. Separat Aenios actis Phocis ab aruis, &c.*

*Civilius narratio est fundamentum fidei faciendae. Cicero  
in pars.*

*In ea enim narratione continentur loci ex quibus argumenta eruantur.*

*In narratione breve, probabile, perspicuum & suave  
obseruandum est. ibidem & Quint. cap. 2. l. 4. inst. orat.*

Quoniam si vincere volumus, oportet ut auditor credat, intelligat, recordetur, intelligit perspicuitatem, credit probabilitatem, recordatur brevitate. Itaque oportet narrationem esse probabilem, perspicuum, & breuem, brevis erit narratio, si unaqueque res sennel tantum dicatur, si nulli rei seruuerit orator, nisi ut dilucidè dicatur. Probabilis erit, si nihil contineat, quod hominum fidem excedere videatur, ut sunt paradoxo, que vera non videtur omnibus sapientibus neque probantur in vulgus. Illustris & aperta erit si singula, quo ordine gesta sunt, eodem ordine explicetur, & sic narretur, ut res oculis gesta subiici videatur, per utrumque oculum. Cuiusmodi est ea qua Priami infelicitas a Virgilio exprimitur. Pyrebus Achilleides post fuisse ex. Suaua demum erit narratio, si elegancia, & verborum iucunditate referita fuerit, neque asperos habeat concursus, neque disjunctos, neque sit circumscripta longiore anfractu, quam unico anhelitu, & spiritu pronunciari possit, sed sint commata, & colla, que in bruto incisa, & membra dicuntur. ha autem quatuvor virtutes pertinent etiam ad alias partes orationis: sed quia magis cluent in narratione, putantur proprie esse narrationis. Videtur istam Ciceronis actionem in verrem.

*In genere deliberativo non multum sepe narrandum est.  
ibidem.*

Narrationem nunquam exigit, inquit Quint. cap. 10. l. 3. inst. orat. priuata deliberatio est dunitata rei, de qua dicenda sententia est: quia nemo ignorat: id de quo cōsulit: Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sepe est etiam illa que ordinem rei docet, necessaria: & affectus, ut queque maxime postulabit. Cur Quintil. id refert ad priuatam deliberationem non ad publicam, nisi quod publica narratio fieri possit, & sepe sit propter eos qui rem de qua agitur ignorantē propositio frequens est: sed, & narratio rei, de qua dicenda est sententia.

*In iudiciali genere amputandae erunt narrationes à reo,  
que ledunt: aut relinquendae si totæ molestæ fuerint. ibidem.*

Nihil aliud est, inquit Quintilianus cap. 11. l. 3. inst. orat rem in toto non narrare, quam causam omnino non agere. Relinquentur ergo narrationes, cum totæ sunt molestæ, quia talia narrationum cause ab oratore repudiari debent: ratio est aut quia bene dicendi scientia est eorum controversiarum, & rerum, que iusta ratione suscipiuntur. Cum vero non sunt omnino molestæ narrationes, quod nocet erit obscurandum, amputandum, & verborum blanditiis, & lenescio ab oratore modificandum.

*In demonstrativo genere, orator narrando temporum  
gradus seruare debet.*

## P. SAINT ELEVR.

Vix naturae res gelas aliquae imperaturum premum vix rauum erit quid in iumento  
erit, quid in florente erat, quid in senectute, & simel unico verbo dicam, laudabilis erit  
varietas, si omnibus orationis deliciis, & opibus, iuxta rectum & verborum varietate  
affligantur, iudicetur.

## CONFIRMATIO, REFUTATIO.

Cap. 22.



*Confirmatio est oratio, qua nostras argumentationes probationes sue cum assueratione, hoc est,*  
*cum instantia vocis, & vultus exponimus. Cic.*

*lib. 1. Rhet. ad Herennium.*

*Ut quis tam cecus est, qui hoc non videat? quis tam impudens, ut neget? item stultus est,*  
*quidam ut refusa debet. Et tam perfida fronte non auderet negare? quoniam plerique adeo*  
*impidiunt, ut res etiam vera vix videatur verisimilis.*

*Refutatio est contrarii argumentationum dissolutio.*  
*ibidem.*

*Idem locus est apud Quintil. cap. 3. l. 4. inst. orat. refutationem autem Cicero vocat repre-*  
*bensionem.*

*Confirmatio & refutatio sunt coniuncta. Idem. lib. 2.*  
*de oratore ad Quintum fratrem.*

*Neque enim reprehendi que contra dicuntur, possunt, nisi tua confirmes, neque hec confra-*  
*mari nisi illa reprehendas, idcirco hec & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta sunt.*

*Confirmatio dividitur in confirmationem & reprehen-*  
*sionem, sive refutationem. Cicero in partit.*

*Primo loco confirmatio usurpatur ut genus, secundo ut sit species.*

## PERORATIO SIVE CONCLUSIO,

Epilogus, Amplificatio, Affectus.

Cap. 23.



*Peroratio, est orationis conclusio. Cic. lib. 1. ad He-*  
*rennium.*

*Peroratio, que & conclusio, & cumulus dicitur, est exitus & determinatio*  
*totius orationis.*

*Conclusio, sive peroratio, est affectuum grauium domici-*  
*lium cum exordio. Idem in partit.*

*Non quod dicimus in lata partibus, namp̄ exordio, & peroratione solum affectus confitescere, consilient & iudicari partibus: nec ullam orationis partem dixeris, que non affectus habet, quo non affectio fides dici possit. Nam inquit Quint. cap. I. l. 6. in ist. orat. in proposito ex epilogo sunt affectus sane frequetissimi: tamē alie quoq; partes affectus requiriēt sed breviores, & leniores. Notandum est in exordio affectus degustari, in peroratione vero absolvi.*

*Perorationis ratio posita est in rebus, aut affectibus.*

*Quintil. cap. I. lib. 6. inst. orat.*

*Perorationis duplex ratio posita, aut in rebus, aut in affectibus, rerum repetitio, vel congregatio vel anacephalosis, vel enumeratio, memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos, ex etiam si per singula minus mouerat, turba valet: sed tamen multe sunt cause, in quibus nullo modo sit necessaria rerum repetitio si breves, & simplices sint. Affectus autem mouentur, se aliter non potest obtineri vera, & iusta, & in commune profutura causa, mouentur autem affectus rebus, ex verbis.*

*Epilogus, est brevis ante dictorū repetitio . Cicero lib. I. ad Herennium.*

*Vt apud Ciceronem pro lege Manilia . Quare videte, inquit, iudices, num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sutorum, negligalia maxima, fortuna plurimorum ciuium cum repub. defendantur . Et pro Archia poeta . Quare conservate iudices hominem pudore eo, quem amicorum studiis videtis comprobari, sum dignitate, sum etiam venustate, ingenio autem tanto quanto id conuenit exigitam. Causa vero eiusmodi, que beneficio legi, auctoritate municipi, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur.*

*Amplificatio est quoties rem aliquam grauiorem seu maiorem, quam est, efficimus. idem in part.*

*Vt apud Ciceronem pro Antonio Cluentio. quod hoc portentum dū immortales, quod tantum nostrum ullis locis, quod tam infestum scelus & immane, aut unde natum esse dicamus.*

*Amplificatio fit aliquando commutato nomine. ibidem.*

*Vt sibilaritatem vocemus luxuriam: parsimoniam, auaritiam, simplicitatem, negligitiam. Item quum occisum eum dicimus, qui cœsus est. Latronem qui est improbus: occidisse, cui res acerbior acciderit examinatus dolore affectum, mutum, qui nihil responderet: reuixisse, qui spem recepit: carnificem immitem: sacrilegum scelerum: veneficam malam: scelus monstrum, pestem, labem, sceleratum. buc pertinent Atreus pro crudeli. Sardanapalus pro effeminato.*

*Amplificatio fit quū per collocationem efferuntur, que amplificant. ibidem.*

*Vt Cicerio in verrem. Non enim furem sed raptorem; non adulterum, sed expiatorum puniticiam; non sacrilegum, sed hostem sacerdotum religionis; que non sacrarium sed crudelissimum, carnificem ciuium sutorumque in vestrum iudicium adduximus . Plini in Panegyrico de Traiano, non enim de tyranno, sed de cive, non de domino sed de parente loquimur.*

*Amplificatio fit quū per gradus peruenitur interdū ad summum, interdū quodāmodo supra summum. ibidem.*

# P. SAINCT ELEVR

Ut Cicero, actione in verrem ostendit, facinus est, inquit, vincere cūm Romādūm, sc̄im verberare, prop̄ parricidium necare, quid dicam in crācem vōllere?

*Amplificatio est, cūm cursu quodam grauius, grauiusque semper aliquid insegitur. ibidem.*

Ut de mortuū Antoniuū Cicero in cūtu populi Romani, negotium publicum gerens, magister equitū.

*Affectus plus possunt ad fidem faciendam quam probations. Quint. cap. I. l. 6. instit. orat.*

Probations enim dūnt aīzat efficiunt, ut causam nostram meliorem putent iudices: affectus vero prestant, ut etiam velint sed id quia volunt, credunt quoque. Nām cūm irasci faciūt, disſe, misericordia perant, agi iam rem s̄nam exist̄it. ant, & sicut amantes iudicare d. jūma non possunt (quia sensum oculorum premis amor) ita omnē inquirende verita ī rationem iudeo amittit occupatus affectibus, & tu fertur, & velut rapido fluminī obsequitur.

*Affectus est commotio quædam, vel perturbatio, cuius varia sunt genera. Ibidem. Cicero l. 1. de inuent.*

Neque miseratione solum, inquit Quint. cap. I. l. 6. instit. orat. mens iudicū permouenda est sed etiam faciendū, ut irascatur, mitigetur, inuidet, faueat, contemnat, admiretur, de rit, diligit, copiat, satiētate afficiatur, speret, metuat, latetetur, doleat. hinc genera affectuum colliguntur.

*Commiseratio captatur ab habitu personæ, ab ætate, à fortuna, à loco eodem pertinent figuræ quædam. ibidem.*

Crebrima est commiseratio. Cicero pro Milone, sed finis sit, peq̄ue enim p̄e lachrymis loqui possum, & hic se lachrymis defendi vētar. Commiserationem autem captiām habere modus. Ab habitu persone, ut apud Virgilium: obstupi steterūntque, & vox fauibus hasti. Ab ætate, apud eundem: insulix puer atque impar congressus Achilli. A fortuna. Assonisque olim ditissimus aruit. hinc quoque indignationem excitans: Dido apud Virg. in Æneid. & nostris illuerit aduena regni: De indignationis locis differit Cicero exacte l. 1. de inuent. A loco, Quum vitam in syliis, inter deserta ferarum lustra, domosque trahit. Eodem etiam figura quædam dubitatio, en quid ago turfus ne procos irrisa priores experiar. Exlamatio, dū talem iuris auertire p̄estem. Eodem etiam figura aliae nemp̄ permisio. ep̄ezuis referuntur.

*Duo sunt genera affectuum, quorum alterum n̄dū, alterum n̄adn̄tū, appellatur. Quintil. cap. 3. l. 6. instit. orato.*

Dplex est affectus: n̄dūs, quando auditorum animi vehementer concitantur: & n̄dūs, quum leuiser solum permouentur hoc cōmedis, illud tragedis familiare: de in hac sunt Ciceronis verba, duo sunt, que bene traxlata ab oratore admirabilem eloquentiam faciunt. Quorū alterum est n̄dū ad naturam, & ad mores, & ad omnē vitā consuetudinem accommodatum: Alterum n̄adn̄tū, quo perturbantur animi, & concitantur, in quo uno regnat eratio. Illud superioris incundum, ad benevolentiam conciliandam paratum. hoc vehementer incensum, incitatum, quo causa eripuntur, quod cūm r̄pidē fertur, sustineri nullo pacto potest, possunt ex alia ratione affectus distinguiri, in latos, qui gaudium conciliant audientie anime, ut in gratulatione. Et tristes quām iram, indignationem, aut misericordia mouentur.

*In affectuum ratione obseruandum est, ut ipsi videamur tales quales cupimus auditores. ibidem.*

Nam, ut ait Quint. cap. 3. l. 6. inst. orat. non intendit nisi ignis, nec madescimus nisi humore, nec res illa dat alteri colorem, quem ipsa non habet, sic nullus potest uti affectibus, qui eos referre auditoribus ignorat.

## STATVS, EIVS GENERA.

Cap. 24.



*Status sive constitutio est questionis cap. Quint.  
lib. 3. cap. 6. instit. orat.*

Status vel constitutio, ut Graci inquit, ut & dicitur est causa vel rei summa, ad quam omnia orationis argumenta referantur. Neque solum in iudiciali genere, sed in aliis quoque causis status est. In deliberatio constituto est: sit ne utile, honestum, licitum: Aut ex Stoicorum sententia, expedit: ne: si quidem Stoici negabant quicquam esse utile, quod non simul esset honestum. In gratulatione, an illius presenti commodo latemur. In gratiarum actione, sit ne hic illius meritis causa gratias in consolatione sit ne hunc dolendum huins rei amissae causa. Historia etiam, & Poemata questionem habent, & statum: ut apud Salustium in bello Iugurthino, quo modo pugnatum sit cum Iugurtha. Apud Homerum in Ilade quomodo Grecia ad Troiam bellauerit. In Odyssaea, quo pacto Ulysses in patriam redierit.

*Status, est prima confictio causarum, ex depulsione intentionis profecta. Licero lib. 1. de inventione.*

Statum Quintil. cap. 6. l. 3. concludit non primam confictionem esse causarum, sed id quid ex intentione, & depulsione nasceretur. Id similitudine illustrare natum, ut enim (inquit) duorum corporum concursum, non strepitem aut sonitus esse dices, sed quod ex attritu, & confictu nasceritur. Sic neque status est intentions, & depulsionis prima confictio, sed quid ex confictione oritur. Verbi gratia, Aiacem interfecisti Ulysses? intentio est, non interfecit, depulsio ex quo confictu status nasceritur, an interfecerit. Verum se vera potius quam dicta speciosa dicenda sint, lucem inferre diei videtur Quintilianus. Non enim Cicero primum causarum confictionem statum esse dixit omnino: sed confictionem, quae ex intentione, & depulsione nasceretur.

*Status tria sunt genera, unum conjecture, in quo agitur de existentia, alterum nominis sive finitionis, in quo agitur de nomine, tertium generis, in quo de genere & qualitate rei agitur. Quintil. cap. 6. lib. 3. instit. orato. & Cicero in partit. & in topicis.*

Status conjectura exemplum, interfecisti Aiace Ulysses? intentio est non interfeci, depulsio oritur status an interfecit. Status nominis sive finitionis exemplum: Dionysius Syracusanus cum res sacras surripuerit, sacrilegij accusetur: Tu surripuiisti res sacras Dionysii? ex ille fateatur: tum accusator urgeat, ergo is sacrilegus. Et Dionysius non se esse sacrilegum contendat,

# P. SAINCT ELEV R

quod ex domo faciat non furtus paretur, sed ex loco privato. An si sacrelagus Diomysius vel inquietus, et status erit. Differendum est si furtum, et furtum. Quod si sacrilegus furtio huius factio conseretur, dicendum esset. Diomysius sacrilegus, ex quo gravore pena coercendas conseretur. Generis status exemplum, vocetur in ius Orestes, quod matrem interficeret, et accusator dicat. Tu Orestes matrem Clytemnestram interfecisti, et illa assertat se interficisse, sed iure, quia illa patrem Aegamenonem interficesset, eam tu interficere non debuisti, quin potius ius vocare, ut illa vite rationum redderet. Firmamentum est quod depulsionis vices gerit. Relinquitur status: an Orestes matrem Clytemnestram interficerit iure.

*Status alijs sunt legales, alijs vero rationales. Quint.*

*cap. 8. l. 3. inst. orat.*

Status alijs sunt rationales, seu extra scriptum, alijs sunt legales, seu ex scripto, dicuntur, que legitimatae consenserint. Rationales sunt tres, an sic, ut fecerit ne Clodius insidias Miloni. Si res interficiens Aias ab Ulyssse. Quid sit, ut sitae sacrilegus an simplex furtum, si res sacra, et loco privato ablata sit. Quale sit, istum, an iniustum: iurene Orestes occidit matrem a iniuria. Id quod bellissimum. Quintil. cap. 8. l. 3. inst. orato. docet, primus dicitur conjecturalis, quia cum factum negatur in eo statu facti veritas per conjecturas vestiganda est, hinc autem quod factum negetur, dicitur insocialis status. Secundus status dicitur finitiimus seu definitionis: Nam cum in eo statu sit controversia non de facto, sed de appellatione facti, id explicandum est definitione. Tertius status dicitur qualitatis, quoniam controversia est in eo de qualitate facti, hoc est an iure an iniuria fecerimus: et quia defendimus esse iure factum, ideo dicitur etiam status iuridicalis. Status legales sunt ex scripto et sententia, ex contrariis legibus, ex ambiguo, ex syllogismo, ex translatione. Quidam autores pauciores faciunt legales, quidam nullos faciunt. sed revocant ad rationales: de his abunnde differit Cicero in libris de oratore, partitionibus, topicis, et lib. 2. de inventione.

*Coniectura peti solet a persona, re, causa, loco, modo, materia, tempore, occasione, facultate. Cicero lib. 1. de inventione, in partitionibus, in topicis, et Quintil. cap. 8. lib. 3. inst. orator.*

Persona in conjectura triplex esse potest, loquentis, audiens, aduersarij. Item in persona spectanda nomine, natura, educatio, fortuna, affectio animi, habitus corporis, studium, consilia. Nomen ut si quis dicatur candidus, dicemus male appellari candidum, quem preter nomen nihil habeat candidi. Si innocentius, quod nihil sit eo nocentius. Ad nataram referuntur sexus, ratio, patria, etas: sexus, ut vir sit an mulier. Latrocinium enim facilius invito: ut nefescium in muliere creditur. Natio, sive Latinus, Germanus, Hispanus. Latini namque superfilios sunt: Germani, bellicos. Hispani iacobundi: Galli leues. Pensi, Greci mendaces, sed amatores literarum. Patria, ut Romanus, Atheniensis. Etas, sit ne puer, adolescentis, iuvenis, vir, an senex: et quo modo in hisce vita partibus se gesserit, quoniam singularis sua natura est. Educatio, qua ratione, et a quibus sit educatus. Nam refers a quibus et quo quaque modo nutritus sit. Fortuna, seruus ne sit an liber: pecuniarius, an tenuis, exsul abdicatus, an cecus: primatus an cumpotestate: fortunatus an infornatus. affectio animi, iracundus, petalans, libidinosus, an frugis: auarus, an liberalis. Habitus corporis: corporis enim robur, pulchritudoque et vestium cultus, plenique libidinis, et petulantiae indicia sunt. Studium est volentem animi ad rem quampli aptatio. ut sine orator, poeta. Consilium est faciendo excogitata ratio. Videndum quia consilia ante rem sint habita. Hactenus dicta ad personas referuntur: Sequuntur.

tur reliqua res, causa, &c. Res est negotiorum ipsum de quo agitur, ut parricidium, sacrilegium, peculatus. Causae dues sunt partes, impulsio, & ratiocinatio. Impulsio est remedium animi imperii ad faciendum aliquid, aut non faciendum, ut timer, furor, ira. Ratiocinatio est, que commodorum comparatione, aut incommodorum vitiatione ad rem horretatur, ut se imperfectum esse dicamus, gratia lucri, aut hereditatis. Locus opportunitas, an importunitas: angustus, amplius, nemorus. Modus, clam, an vi, palam, an occulta, insciens, an prudens, amore, an odio. Materia, fusta, angadio, arcu, veneno, incantatione. Tempus nocte, an die. Occasio est temporis commoditas, que ad rem aliquam hominem trahit, inuitatque. Facultas, qua facile quicquam esse factum docemus, ut occidi a pluribus pauciores, a vigilantibus dormientes, a preparatis inopinantes. Ex hisce locis conjecturas vel materiam captabimus, qua vel nos defendemus, vel aduersarios accusabimus. Exempli gratia. Ad hunc modum se Catilina defendere potest. A persona sua, Ea sum nobilitate, iisque parentibus iudices, ut talia de me sine testibus suspicere non debeatis. A persona audiens. Nam vestre prudentie indices est, cum potestate talibus hominibus non concedere, ne ficti argumenti nobiles homines circumveniant. Ab aduersari persona. Atque ideo magis expellendus Cicero, quod mihi semper inimicus infestusque nobilitatis fuerit. Ab re. Non enim tanti sceleris suspicionem sine testibus approbare non debetis presertim in hac repub. in qua sanctissima leges summo studio semper conservata sunt. A causa, idcirco etiam magis Cicero expellendus, ne se ficti argumenti locus dabitor, multis nostrum hi noui homines induadere consentantur a tempore his presertim temporibus, quibus ignobilium animi in nobilitatem sunt accessi. Ea etenim licentia nititur, ut nemo falsa crimina non excogitet.

*Coniectura posita est in verisimilibus, & propriis rerum notis hoc est rationibus. ibidem.*

Ut cum Vlysses Aiacem se interfecisse neget, notis & rationibus verisimilibus conuincetur in hunc modum: deprehensor fuisse in loco, & habebas ensim cruentum iuxta Aiacem mortuus & eras Aiacus inimicus. Ergo Aiacem tu Vlysses interfecisti. Ex propriis vero rerum notis, hoc est necessarii rationibus conuincetur reus. Vi si mulier vocata in ius accusetur, quod si viro concubuerit: sic eam accusator urgeat. Tu cum viro concubuisti mulier, & illa dicat, Mentiris, tunc accusator, non mentior, qui tu peperisti. Quod si sint aliqui Ciceronem reprehidentes, quia voluerit in partitionibus coiecturam versari in propriis rerum notis, quod reprehensor putent eam auferri nempe coiecturam, si tales nota, & talia signa ad sint. Nam si peperit, inquit, cum viro concubuisse constat, & si ignis ingens fuerit: sumus esse consequens est. Obiargabis, quod Ciceronem non intelligent, qui non censet illius propriis rerum notis utendum esse indicibus cognita fuerint. Frustra enim & eidiculè indicibus demonstrare nictetur cum viro mulierem concubuisse, si illius compertum sit peperisse. Quis est tam hebes, quem illa non moueant, nisi illud diuinitas fiat? Quod si indicibus non sit compertum mulierem peperisse, tunc Cicero harum proprietarum notarum indices certiores faciendo esse, ex quibus res conuincetur.

*Status qualitatis in negotialem, & iuridicalem. Iudicialis verò in absolutam, & assumptiuam constitutionem distribuitur, Assumptiuam autem cōstitutionis partes quatuor sunt, criminis concessio, relatio, remotio, comparatio. ibidem.*

## P. SAINCT FLEVR

Status qualitatis ex ratione, & coniunctudinibus conscientius est, cum una pars vocatur negligere, si quid ex cunctis more, & equitate sit deorumendum consideretur, si diligenter (teste Cicerone) iurisconsultus premissa altera vera est iuridicalis, quam inter ap. iniuria factum aliquid sit queritur. In hac causa autem facilius quippe factum fecisse, quod vocatum sit, aut non. Illud assumptum nihil obstat in numeris. Absoluta iuridicalis est, quam recte factum quid dicimus: ut quidam abdicare filium vult, quod philosophia operam dederit: filius se recte id facere ait. Assumptio est, in qua quam reus rem per se turpem fecisse conjecturatur, et tamen assumpta extranea iure factum descendit. Iuris partes quatuor sunt: criminis confessio, relatio, remittit, comparatio. Concessio est quam reus petit sibi ignoscit. Eine partes due, purgatio, et deponitatio. Purgatio est per quam eius, qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntari defensit. Ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinem. Imprudentia dicatur, quando scilicet se aliquid reus negat. Lege Cornelia de sarcis punitur, qui occiderit hominem. Quodam duci anibus ruri insidiatus mihi sagitta hominem in virgula dormiecentem interfecit, per imprudentiam se excusat. Casus est, quem demonstramus aliquam fortunae vice voluntati obstat: ut in hac, aliqua pecuniam certo die Ephes solvere promisit, adiecit apono, nisi tunc soluta fuerit. Is profectus est domo eo tempore, quod videtur factio ad eam perfectionem futurum. Adue si tempora statibus usque ad constitutum diem non venit. Recusat se per casum, aut fortunam. Necesse erit, cum vi quadam reus id, quod fecerit, fecisse sit hoc modo: scilicet apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicensis. Magna exorta tempestate vix ventorum invito nauis Rhodiorum in portum narium coegerit. Deprecatio est, quem se peccasse consultus rem conjectur, tamen petit sibi ignoscit. Hoc genus vix in indicium venire potest, ideo quod concessa culpa, difficile est ab eo, qui peccatorum vindicta esse debet, ut ignoscat, impetrare. Et tamen, si pro eo dixeris, qui se penitentio fuerit de repub. benemeritus, qui ob salutem populi quandoque se in pericula conicerit. Relatio criminis est, quem aliquid nos aliorum peccatis coactos fuisse dicimus, ea est huiusmodi. Horatius occisis tribus hostiis (inquit Valer. Max. l. 6. cap. de severitate) ex duobus amissis fratribus domum se victor recipit. Is animaduertit sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellante identidem, qui unus ex hostiis fuerat, indigne id passus virginem occidit. At si coactum esse iniquitate sororis, quod illa hostium mortem lugebat, fratrem negligebat, denique, se, et populum Romanum vicisse molestè fecebat. Remotio criminis est cum culpam vel in hominem, vel in rem aliquam reiciimus. In hominem, ut se accusatis, qui consulim iussu Ser. Sulpitium seditionis hominem occidet. In rem hoc modo, paterfamilias moriens seruo donauit libertatem ea conditione, ut mortuo sibi posuerit etiam statuum in foro. Num mortuus esset paterfamilias, seruo posse statum voluit, sed plebis citum erat, nulli posse peni statum, nisi consensu plebis. Seruus liberum se esse affirmat, et quid statum non posuerit eam culpam in rem hoc est plebis citum reicit. Discessus criminis remotio à relatione, quod hic penitus remouetur, illuc duxatas minorantur culpa. Comparatio porro criminis est, cum dicimus neesse fuisse alternum facere, et id quod fecimus utilius esse, hoc modo: Aulus Albinus à Iugurtha inclusus, cum effugere non posset, cum Iugurtha in calcoctionem venit, ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum sub ingo educeret: satius esse duxit exercitum sine impedimentis educere, quam simul cum impedimentis exercitum quoque perdere.

*Status qualitatis ex ratione, & firmamento nascitur.*  
*ibidem.*

Rationem vocat Cicero in Top. que causam continet, que si sublata fuerit, nihil contra iuris voluntatem, ut iure feci, quia parauerat infidus. Firmamentum rationi adiutorium, ut intentioni depulso: ut, etiam si parauerat infidus, non debuisti interficere. Oritur status an iure interficerit. Vida Quint. cap. 13. l. 3. inst. orat.

*Status*

*Status ex scripto, & sententia nascitur, scum scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire videtur. ibidem.*

Ut si sit lex, que iubeat eos merces perdere, qui propter tempus statem nauim reliquerint, & eorum nauis esse, qui in naui remanerint: & oborta tempestate omnes obfugerint, praeter unum agrotum qui cum fugere non potuerit, solus in naui remansit: Casu tandem fortuito nauis in portum incolumis peruenit, illam agrotum possidere vult: & nauim petit is, cuius nauis erat. An agrotus sit dandus? An possessori restituenda? Status nascetur ex scripto, & sententia.

*Ex contrariis legibus potest oriri status cum una lex vetat, altera iubet, ibidem.*

Ut si lex lata sit, que vetat, ne quis ciuiis stranguletur: altera vero sit, que coniuratores ciues strangulare, & suffocari iubeat, & vocetur in ius Cicero, quod Cethegum ciuem contra leges in carcere strangulauerit. Cicero vero altera lege se tuncatur, que coniuratores ciues strangulando iubeat: An strangulandas Cethegus esset, status constat.

*Ex definitione, vel translatione status oriri potest. ibide.*

Ex definitione status erit, cum quo nomine factum appelletur, non constat, ut cum Dionysius Syracusas, res sacras ex domo priuata surripuerit, ambiguitate sive, an sacrificium dicendum sit: definitione quid fur, & quid sacrificium sit, explicare oportet. In translatione, seu transformatione status constat, quoties ab alio nos accusari debere dicimus, aut non nos, sed alios: aut non apud hos indices, sed apud illos, non hac lege, sed illa, non hoc crimen, sed illo: non hac pena, sed illa: non hoc modo, non hoc loco, non hoc querente, aut agente, sed alio.

*Status ex ambiguo nascitur, cum quod scriptum est, multis sensus continet. ibidem.*

Vi patris familias cum filium heredem fecisset testamento vasa argentea uxori legauit, Tullius heres meus, Terentia uxori mea triginta pondo vasorum argenteorum dato, que vollet. Post mortem eius vasa magnifica celata illa perit. Tullius se que velut ipse, triginta pondus ei debere dicit, constitutio erit legitima ex ambiguo.

*Status ex ratiocinatione constat, quoniam res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur. ibidem.*

Ratiocinationis status in quinque partes distribuitur. Prima est, an quod semel est ius, idem & sepius, ut, furti damnatus adfixus est cruci, sed rupta fuse delapsus, repetitur ad supplicium. Secunda, an quod in uno ius est, idem, & in pluribus. Qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo premia petit. Qui Roma tres liberos habebat, certa priuilegia, & immunitates habuit: dubitatio existit, utrum duplum, aut triplum habuerit priuilegium. Tertia, an quod ante ius fuit, etiam post sit. Mulier rapt a habet optionem, ut vel caput raptoris petat, vel connubium. Raptor fugit, interim raptia nupsit alijs: reuerso rapi ore petit optionem mulier. Quarta, an quod in toto ius est, idem & in parte, aratrum accipere pignoris non licet, vomerem accepit. Quinta, an quod in parte, idem & in toto. Lanas euehere Taranto non licet, oues uixit.

P. SAINCT FLEVR

QVÆSTIO. Cap. 25.



*Octrina dicendi distributetur in questionem. Cicero in part.*

*Cuestio de qua agitur non est pars Rhetorice sine doctrina dicendi, sed illa, qua quia iudicis, quia hypothesis, qualisque virtusque natura sit, arie comprehendit.*

*Questio est id omne, de quo in veraque partem, vel plures dici credibile potest. Quintil. cap. 13. lib. 3. inst. orat.*

*Idem locus est apud Aristotelem l. 1. Top. de divisione questionis. Vide Ciceronem l. 2. de oratore.*

*Questio finita personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plurisque eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. ibidem. Cicero in Top. & part.*

*Questionum formæ due sunt. Alia que remotis personis, & temporibus, & locis in utramque partem tractantur, ut an ducenda sit uxor. Que dicuntur questiones infinitæ. Alia que personarum, temporum, locorum complexu constant. Sitne ducenda uxor Catoni, Que nunc hypotheses, nunc questiones finite vocantur.*

*Infinita questio consultatio vocatur. idem in partit.*

*Quia cum rem aliquam consideramus, totam eius naturam expendimus, de qua consultamus, cum ex hypothesos consultatio pendeat à cognitione theses.*

*Questio infinita est pars finitæ. ibidem.*

*Infinita enim questio sub definita continetur, ut si queratur an maritia uxor sit ducenda Catoni, prius est, ut queratur, an ducendas sint uxores. Nam nisi ducendas esse confiterit, videlicum erit querere, siue Martia Catoni ducenda. Virum autem ad finitam infinita questio sit reuocanda, ex utramque finita, & infinita possint esse materia Rhetorices distinctionis abunde. Quint. cap. 5. l. 3. inst. orat.*

*Questio finita, & infinita penes fines distinguntur. ibidem.*

*Nam in infinita questione, ut fidem argumentum faciat auditori, sibi proponit orator, in questione finita non solum ut fidem faciat, sed etiam ut moneat, & ad aliquid egendum, aut relinquendum impellat. Hinc perspicere potest, questionis infinitæ finem in fine questionis definitæ contineri. Ex quo Cicero in partitionibus sic loquitur. Quare cum de causa dixerim, in qua est questio infinita, hoc est cum de fine questionis definitæ dixerim, in quo infinita finis continetur, de utroque dixerim. Id ita interpretari quibusdam placet.*

Cap. 26.



*Ria sunt causarum genera, demonstratiū nem-pe, deliberatiū, & iudiciale. ibidē. & Quint. cap. 4 l. 3 instit.orator.*

Causarum genera (sumendo causam pro actione omni, quam in foro, aut in senatu habemus) nec plura nec pauciora quam tria sunt. Nam de quibuscumque dicit.orator, ea vel certa sunt vel dubia necesse est. Certa laudamus, vel vituperamus: hinc & demonstratiū genus dicitur, quod eo genere qualis quisque sit laudando vel vituperando demostremus. Greci ētād eis uisus dicunt, nos ostensuum transferre possumus. Nam hoc genus ad solam ingenij ostentationem compositum est, neque ad victoriam, sed ad finem laudis & glorie tendit. A meliori vero parte laudatiū latine appellatum est, quod Greci ἐνοπλοὺς dicunt. Dubia vero de quibus orator dicit, sunt bipartita. Eorum enim partim nobis ad electionem sunt libera, de quibus deliberatur, unde deliberatiū genus: partim aliorum sententiae sunt cōmissa, de quibus lite contuditur, unde iudiciale genus. At, inquit Cicero l. I. de inventione. Quinque sunt genera causarum, honestum, admirabile, humile, anceps, & obscurum. Itaque sunt plura tribus. Dicendum est hic quinque genera non esse propriè causarum genera, sed accidentia, que causa ipsi accident. Causa enim accedit ut sit honesta, anceps &c. Notandum est omnia causarum generaria in hac tria recidere. Vide Quint. cap. 4 l. 3. instit.orat. & Cicero in parit.

*Honestas laudationis finis est utilitas deliberationis. Iudicialis finis est equitas. Ibidem.*

Horum trium generum hi sunt fines, honestas, utilitas, & equitas: honestas quidem laudationis finis est. Nam quaecunque sunt cum virtute coniuncta, laudanda sunt: utilitas vero deliberationis; & equitas denique iudicij est finis. At, inquit Quint. cap. 4 l. 3. instit.orat. ne iis accesserim, qui laudatoriam materiam, à honestorum, suaforum utilium, iudiciale in storum, questione contineri dixerunt. Itaque honestas non est finis laudationis, &c. Nam in deliberatione nonnunquam honestas, in laudatione utilitas, in iudicio simul omnia, honestas, utilitas, & equitas interim tractatur, quare haec mutuis stant auxiliis. Verum cūm Cicero laudationi finem honestatem faciat, deliberationis utilitatem, & iudicij equitatem, non sic hēc accipienda sunt: ut honestas sola, & semper in laudatione versetur, in deliberatione sola & semper utilitas, in iudicio sola, & semper equitas: sed quia sepius in laudatione honestas, de utilibus deliberamus, equitatem in iudicando ob oculos habere debemus. Ceterum Cicero in partitionibus alios horum generum fines facit: delectationem in laude, spem, & metum in sua foro, & dissuasione, securitatem, & misericordiam in accusatione, & defensione. Dicendum est Ciceronem in partito. loqui de motuum finibus, hanc verò præceptionē intelligendam esse de causarum finibus: Quorum quidem finium præceptiones à philosophia morali, & iure ciuili petendae sunt:

*Demonstratiū triple est, dialecticon, historicon, laudatiū. Quintil. cap. 9. lib. 3. inst. orator.*

Dialecticon est, quod cuiuscumque thematis, aut simplicis, aut compotius naturam demonstrat: Idem & dialecticon, & methodicon appellatur, ut quum sermo est de mundo, de Deo,

## P. SAINCT FLEVR

de humore: aut quoniam inquirimus ad prudentia virtus sit. Hec omnia ad dialecticos locos pertinent, ac ideo inde nomen habent: Eo genere scripta sunt officia Ciceronis. Historicon, quo res gestae describuntur. Laudatorium triplex est, Laudantur enim vel persone, ut Cesar, vel facta, ut Scenula factum: vel res: ut pietas, iustitia, et fortitudo.

*In deliberativo genere tria capita inspicienda sunt, quid sit quod deliqueret, qui sit qui suadeat, qui sint qui deliberauerint.* idem cap. 10. lib. 3. inst. orat.

*In deliberatio canarum genere tria potissimum capita inspicienda erunt, ut tandem quis persuadere aut dissuadere posset, si enim quis rem aut causam quam agit honestam utilitatem, et faciem probauerit, statim eam persuaderit: quod se dissuaderit, omnia contra. Itaque cum in hominum societate, communione, senatus tunc versetur orator, ut quid in Repub. persequendum, declinandumque sit sentiat, libris Arist. Polit. de Repub. Platonis magnam operam dare debet. Rationem preterea habebit auditorum orator, si enim imperiti fuerint (ut vulgus) voluptatem et utilitatem proponendo facile persuaderit. Nam illis rebus multitudine pecudum delectatur. Si polliciti auditores fuerint, ut consules, honorem proposendo suadent: si dedecus, dissuaderit: An si philosophi quietem, et cognitionem pollicebitur, et ita quod optauerit consequentur.*

*In iudiciis legum latarum orator cognitionem habere debet.* idem cap. 11. lib. 3. instit. orat.

Nam ex legum rupitione, transgressionēque accusari solent rei, in quo genere oratorum vis maxime elucescit. Confirmat enim accusator tabula, decretus, testimonii, et singula argumenta vehementer proponit. Habet igitur preceptiones Rhetoricas (de his alias plura dicemus) ex quibus si quam utilitatem perceperis, nomini Dei optimi maximi, cuius voluntate huic labori extremam addidimus manum, dabis gloriam.  
Spes mea sit Deus.

F I N I S.



TRIUMPHVS MVSICVS  
SVPER IN AVGVRATIONE,  
R. PRESVLIS, EIVSDEMO VE<sup>RE</sup> ILLV-  
STRISSIMI PRINCIPIS, AC DO-  
mini, D. Gerardì à Grousbeec  
gratulationis ergo con-  
scriptus;

Auctore Sebastiano Paunellio Aquensi.

*Dignum laude virum,  
Musa vetat mori.*



ANTVERPIA,  
Ex officina Guilielmi Silvij Regij Typo-  
graphi. M. D. LXV.